



✂ TERTIA PARS ✂

# R E L E C T I O N I S

## *De Ecclesiastica Hierarchia.*



**T**ERTIA verò pars huius nostræ relectionis cõponitur ex varijs gradibus per respectũ ad dignitates Ecclesiasticas totius Ecclesiæ, cum dispari officio, & iurisdictione. Et ne vltra Relectionis limites progrediamur, de principalibus agemus, seu de illis, qui ratione dignitatis, & beneficij in hoc Hierarchico ordine principalem obtinent locum, quibus sacer noster Principatus mirabiliter ordinatus cõspicitur, ac rectè ecclesiasticum imperium gubernatur. iuxta illud D. Pauli ad Roman. 13. *Nõ est enim potestas, nisi à Deo, quæ autè sunt à Deo, ordinata sunt, &c.*

Rom. 13.

### DISPUTATIO XII.

#### *De Dignitatibus Cathedralibus.*



**A**Gemus in præsentis disput. de varijs Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradibus, qui in Ecclesijs Cathedralibus dignitatem Ecclesiasticam habent cum potestate, & iurisdictione; vt videamus quæ sint nostri sacri principatus dignitates, munia, & officia, quæ summa consensione, & ordine inter se cohærent, & administrantur.

#### S. I.

#### *De Archidiaconis.*

### S U M M A R I V M.

- 1 *Arcidiaconi unde dicantur?*
- 2 *Archidiaconi oculi Episcopi dicuntur.*
- 3 *Post Episcopatum dignitas Archidiaconi principalis est.*
- 4 *Archidiaconus præst Archiprasbytero, & Diaconis.*
- 5 *Qua pertineant ad Archidiaconum ratione iurisdictionis?*
- 6 *Archidiaconus, Vicarius Episcopi natus vulgò dicitur.*
- 7 *Qua ad Archidiaconum spectent ratione officij?*
- 8 *Alia ad Archidiaconum olim pertinentia recensentur.*
- 9 *Iuxta Trid. Archidiaconi debent esse magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico.*
- 10 *An id hodie sit necessarium?*
- 11 *An Archidiaconi hodie fieri possent iudices delegati, seu conservatores?*
- 12 *Vtrum possint Archidiaconi ferre sententiam excommunicationis?*

**P**ost Episcopos inter alias dignitates immediatè ponuntur Archidiaconi: vnde eius vicarij, & oculi dicuntur, vt ostendit Isidorus in nostro cap. *Perlectis*, vers. *Archidiaconus*. 25. dist. Quod verò attinet ad Archidiaconi institutionem, & eius nominis significationem, sciendum est in primis, Apostolorum temporibus, in singulis urbibus septem Diaconos quibus præfiebatur Episcopus, de more

*Isidor.*  
I.

Cap  
Aa  
offi  
chia

C.  
ni.

C.  
Eis

Com  
let.

C. I  
fic.

pra  
Zec  
Vaf

Pe  
Ger



more creabatur; ex quibus deinde, is, qui antiquitate ceteros præibat, dicitur cepit Archidiaconus, quasi Diaconorum princeps, siue inter diaconos primus. Huius autem, eo tempore, proprium erat curare diligenter, ut ceteri Diaconi ritè, & suo ordine suum munus, & officium obirent. At progressu temporis Archidiaconi potestas longè maior euasit, cum ei ab Episcopo data est ampla, non solum in clericos inferiores, sed etiam præbyteros auctoritas: refert Gregorius nonus in cap. 1. & Innoc. 3. in cap. *Ad hæc*, de officio Archidiaconi, ubi etiam ex Beati Clementis epistola Archidiaconum, ait, oculum esse Episcopi, quia ipsius loco per Episcopatum prospicit, & corrigit quæ viderit corrigenda, ut originaliter refertur in cap. *Diaconi*. 1. & 2. 93. dist.

Ex his manifestè constat principalem esse dignitatem post Episcopatum, hanc Archidiaconorum: & probat text. in d. cap. 1. de officio Archidiaconi, ibi, *Post Episcopum*; & subindè meritò imperat Leuitis, & Diaconibus, iuxta d. cap. *Perlectis*, versic. *Archidiaconi*. 25. dist. atque Archipræbytero, quem Archidiacono subesse, ex Concilio Toletano decidit text. in cap. 1. de officio Archipræbyt. & notat Zechius de Republica Eccles. tit. 24. à nu. 13. & Vasconcelos in armonia Rubricarum sub eodem tit. de officio Archid. in principio, & hoc ipsum denotat vera nominis ethymologia, quæ ducta ex Græco, principè ministrorum sonat, *Archos* enim Princeps, *Diaconos*, ministrum, seu famulū Græcè significat, ut supra diximus, & benè explicat Petr. Gregor. syntag. iuris d. lib. 25. c. 20. in princ. Germon.

de sacerotū immunit. lib. 3. c. 3. in fine.

A Deueniendo igitur ad potestatem, & officium Archidiaconorum. In primis sciendum est, quod ad eos pertinet sollicitudo parochiarum, & iurgia audire, & cura pro reformandis diocesanis basilicis, imperat subdiaconibus, & Leuitis; ut scribit Isidorus in dicto cap. *Perlectis*, versic. *Archidiaconus*. 25. dist. & per totum titulum de officio Archidiaconi, & latissimè explicant Petr. Greg. dicto cap. 20. Zechius d. tit. 24. Azor d. c. 14. per totum, Germon. d. cap. 3. & ideò Vicarium esse Episcopi natum, quia in creatione sui statim incipit esse Episcopi vicarius, vulgo aiunt Doctores, secundū Esbrozium in tract. de officio Vicarij, lib. 1. q. 36. n. 10.

B Pertinet etiam ad Archidiaconum, cum Episcopus sacris operatur, sanctum Euangelium, cum voluerit, legere, vel alicui Diacono præcipere, ut legat. Eius item est præcipere, ut ceteri Diaconi suis vestibus induantur, ut cum Episcopo ad Missæ sacrificiū procedant; lectiones, & responsoria in matrice Ecclesia præscribere, & audire; ita ut nemo Euangelium, aut sacram Epistolam, vel lectionem, aut responsoria in Ecclesia publico legere, aut cantare queat, nisi cui Archidiacono audito iam, & probato, facultatem dederit. Ipsi quoque est inter Acolytos munera partiri, quis videlicet eorum candelabra, quis thuribulum deferre, & quid minorum clericorum quisque præstare debeat.

C Ad eundem pertinet vasa diuinis Ecclesiæ vsibus dicata, sedulo custodire, ut dicitur in cap. *Ea qua*, de offic. Archid. Eius muneris erat etiam illos examinare, qui promouebantur ad ordi-

Hh 3 nes,

Cap. 1. ca. Ad hæc de offic. Archid.

2.

C. Diaconi. 93. d.

3.

C. Perlectis. 25. d.

4.

Conc. Tolet.

C. 1. de offic. Archipræb.

Zech.

Vasconcel.

Pe. Greg. Germon.

5.

C. Perlectis.

Pe. Greg. Zech.

Azor. Germon.

6.

7.

8.

C. ea qua, de offic. Archid.



**C. Ad hac.** nes, quivè præficiantur Ecclesijs, eosq; Episcopo offerre, iuxta d. c. *Ad hac*. Præterea pecuniã Ecclesiæ causa pietatis datã Archidiaconus accipiebat, & Episcopo reddebat. Ad Archidiaconũ quoque spectabat prælatos in sede locate, ac possessionem beneficiorum clericis dare: probat text. in d. cap. *Ad hac*, & in cap. *Cum satis*, de officio Archidiaconi.

**C. Cum satis de offi. Archid.**

9.

**Trident.**

**Pe. Greg.**

**Zerol. Zechius.**

10.

**Navar. Vasconcel. Hoied. Garc.**

Quare cum tanta fuerit iure communi Archidiaconorum dignitas, atque potestas, merito à sacrosancta Trident. synodo statutum est sess. 24. de reformat. cap. 12. post principium, ut sint magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico, ut meminit Petr. Gregor. d. cap. in fine. Sed cum iam hodie ipsorum Archidiaconorum in curia, vel imperitia, vel Episcoporum potentia hæc omnis pene iurisdictionis extincta sit, nec in tota Hispania vnus reperiatur Archidiaconus, qui totam illam iuris communis retineat potestatem, ut testantur Zerola verbo, *Archidiaconus*, & Zechius vbi suprã, & alij statim referendi, meritò notant iam hodie apud nos cessare obligationem illam Trident. quod sint Doctores, aut Licentiati, ut ante omnes scripsit Navar. in Man. cap. 25. n. 135. referunt, & sequuntur Vasconcel. d. loco, & post Hoyedam Garcia de benef. p. 7. c. 7. à n. 37. vbi à n. 32. multa tradit necessaria circa interpretationem illius Decreti Trident. & illud præcipuè n. 39. quod procedat solum in Archidiacono principalis civitatis, non in aliorum oppidorum, licet sedem teneat in cathedrali, ut etiam in stylo Romanæ Curie interpretatum esse attestatur Hoieda de incompatibilitate benefi-

ciorum, cap. vlt. n. 40.

**A** Vnde non immeritò in contro- uersiam vocari potest, vtrum hodie Archidiaconi, cum iurisdictione careant, dignitatem habeant iudices delegati fieri possint? affirmant Petr. Greg. n. 5. & Azor. citato loco, sicut etiam in eis procedere prohibitionem, & poenam capitis de multa de præbendis resoluit idem Azor eodem cap. 14. q. 5. Sed non esse difficile disputando tueri contrarium; præcipuè ne conseruatores fiant, quia requiritur, quod obineant dignitatem actu, ut probat text. in cap. vlt. in principio de officio deleg. in 6. quæ non datur ex dictis sine iurisdictione.

**B** Denique hinc cessat grandis illa controuersia, an Archidiaconi sententiam ferre possint? in qua partem affirmatiuam probant multi, in cap. *Cum ab Ecclesiarum prælatis*, de officio ordinarij: auctoritate textus in cap. *Romana*, in principio de sent. excom. in 6. negatiuam verò alij ex auctoritate text. in cap. *Archidiaconis*. 5. de officio Archidiaconi: ex quo de iuris communis rigore ita esse resolendum; contrariam vero procedere ex speciali consuetudine. Post antiquiores notant Zechius d. n. 13. versic. *Ad Archidiaconum quoque*, Pater Soarius de censuris, disp. 2. sect. 2. n. 9. versic. *Denique*; sed iam hæc omnia disputare est otiosum, siquidem consuetudo ipsa, quæ sola Archidiaconis ferendi excommunicationem deferebat; potestatem eis denegat, illam iurisdictionem, quæ de iure communi eis compete-  
**D** bat. Reliqua verò circa potestatem, & iurisdictionem Archidiaconorum. Vide apud Asor. Germon. & Petrum Gregor. citatis locis.

11.

**Pet. Greg. Asor.**

12.

**Cap. Cum ab Ecclesiarum de offi. ordin. C. Romana de sent. excom. C. Archidiaconis. de offi. Archid. Zech. Soar.**



## S. II.

## De Archipræsbyteris.

## SYMMARIUM.

1. Primus Præsbyterorum Archipræsbyter vocatur.
2. Diuisio Archipræsbyterorum in Urbanum & ruralem.
3. Quis dicatur Ruralis?
4. Quis Urbanus?
5. Quae pertineant ad Archipræsbyteros ratione potestatis, & officij?
6. Explicatur textus in cap. 2. de officio Archipræsbyteri.
7. Archidiaconus in ijs, quae sunt iurisdictionis contentiosa, superior est, in diuinis autem Archipræsbyter.
8. Quare cura Sacerdotum, & Levitarum Archidiacono, & Archipræsbytero demandetur.
9. Quare Archipræsbyteri à plebe Decani nuncupentur?
10. In quo sensu accipientur qui dicuntur Archipræsbyterum esse maiorem dignitatem post pontificalem.
11. Archipræsbyteri Urbani dignitatem gerunt, & possunt esse iudices delegati, & conservatores Apostolici.



Archipræsbyteri post Archidiaconos primam habent dignitatem, vt probat textus in cap. vlt. de officio Archipræsbyteri. Vnde quemadmodum inter Episcopos, Episcoporum primus, siue antiquissimus dici cepit Archiepiscopus, & inter Diaconos primus, siue cæteris antiquior, dictus est Archidiaconus; ita primus præsbyterorum Archipræsbyter vocatur, quasi præsbyterorum primus siue præfectus. Et olim sicut post Episcopum

Archidiaconus honore, dignitate, & iurisdictione primus erat, sic post Archidiaconum proximus erat Archipræsbyter; vnde & in iure nostro Canonico post titulum de officio Archidiaconi, proximè sequitur titulus de officio Archipræsbyteri, vt ibi notat Vasconcelos, & Azor. d. lib. 3. cap. 15.

Supposito iam post Archidiaconum inter dignitates recenseri Archipræsbyteros, sciendum est eorum duo esse genera, Urbanum scilicet, & Ruralem: notant statim referendi. De Rurali agit textus in cap. vltimo de officio Archipræsbyteri, & illi dicuntur, qui degunt rure, & curam gerunt præsbyterorum, qui per minores titulos habitant, & quorum vitam, & mores simul plebis obseruant. Ita Hostiens. in summa sub illo titulo de officio Archipræsbyteri, & Petrus Gregor. d. lib. 15. cap. 21. nu. 14. Duarenus de sacris Ecclesiae ministerijs lib. 1. cap. 8. & licet istorum in nostra Lusitania nullum vestigium extare profiteatur Vasconcel. sub eadem rubrica; grauius in re notissima deceptum existimo: nam illorum officium satis expressum est, in ijs (quos acciprestes vocamus) & ideò adhuc nomen ipsum retinent, & in principalibus diocesis oppidis solent constitui.

De Urbano autem agit textus in cap. 1. & in cap. 3. in titulo de officio Archipræsbyteri, vbi ipsorum officium, potestas, & iurisdictione satis describitur: & inde merito post Archidiaconum præcipuam dicitur gerere dignitatem, vt eadem nominis ethymologia ostendit, *Archos* enim, princeps dicitur, quasi princeps præsbyterorum.

Vasconcel.  
Azor.

2.

Gap. vlt.  
de offi. Ar  
chopr.

Hostiens.  
Pe. Greg.  
Duaren.

3.  
Vasconcel.

4.  
Cap. 1. e.  
3. de offi.  
Archopr.



5.

Quoad potestatem præsbyterorum sciendum est, eos curam agere animarum, & Episcopo absente Missarum solemnia celebrare, benedictiones dare præsbyterales, & reliqua spiritualia munera loco Episcopi obire. Probat text. in dicto cap. *Perlectis*, versic. *Archipræsbyter*. 25. dist. & in dicto cap. 1. & 3. proximè citatis: & idè quoad spiritualia Episcoporum, vicarios dici posse; notant, & explicant Hostiens. & eius vestigijs inhærens Vasconselus sub eadem Rubrica Cardinal. in Clement. 1. q. 7. de præbendis. Zechius dicto tit. 24. nu. 14. Petrus Gregor. dicto cap. 21. à num. 11. latè Azor dicto 2. tomo lib. 3. c. 15. per totum, Esbrosius de officio Vicar. lib. 1. q. 3. n. 18. Antonius Faber dicto tit. de beneficijs cum dignitate n. 30. cū sequentibus. Imò etiam sacerdotibus Cardinalibus præesse, & eorum ministerium, & vitam præuidere, ait Leo Pontifex in cap. 2. eodem titulo de officio Archipræsbyteri: quod ad sacerdotes principales referendum esse, explicat ibi Glossa: sed qui sint isti principales, seu Cardinales sacerdotes, qui Archipræsbyteris subsunt, nō explicat, & circa hoc ipsum non leuiter distorquentur Auctores. Duaren. enim de sacram. Eccles. ministradis lib. 1. cap. 8. & cap. 13. interpretatur loqui Pontificem de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, qui cum Episcopo rem diuinam faciunt, de quibus agemus §. ultimo; quæ interpretatio non est prorsus inepta, & à verbis Pontificis adeò aliena, vt mereatur reprehensionem, & césuram, qua eam notat Quintan: Ecclesiasticon. lib. 4. ex n. 42. licet enim verum esse agnoscamus Cardinalium sacerdotū

C. Perle-  
Etis. 25. d.Hostiens.  
Vascong.  
Cardin.  
Zechius.  
Pe. Greg.  
Azor.Esbros.  
Ant. Fab.C. 2. de of-  
fi. Arch p.

6.

Duaren.

Quintan.

nomen rectè conuenire maioribus sacerdotibus, qui animarum curam gerunt, quibus licet parochiarum cura demandata est à Cardine, quia, vt ostium cardine regitur, ita etiam regitur Dei Ecclesia, vt notauit Cardinalis, Hostiens. dicto tit. de officio Archipræsbyteri n. 2. & probat ipse Duenhas, & loculenter explicat Polidorus Virg. de inuentoribus rerum lib. 4. cap. 9. & multi, de quibus Zechius dicto tractatu de Republica Ecclesiastica tit. de statu illustrissimorū Cardinalium à principio: minimè tamen repugnât veræ illi ethymologie, quod etiam Cardinales sacerdotes dicantur Canonici Cathedralium, tanquam principales, qui vnum corpus cum Episcopo constituunt: imò literæ illius text. maximè conuenit, quia de illis agit, qui per singulas horas sollempne agere debent officium per totum anni cursum, quod Canonicis incumbit Cathedralium, & de his ipsis magis agere videtur textus ab eodem Duenhas citatus in cap. *Fraternitatem*. 71. distin. ibi, *Ecclesiæ tuæ Deo propitio constituere Cardinalem*, alloquitur ibi Gregorius Episcopum Neapolitanum, & in eiusdem Ecclesia iubet constitui Gratianum Diaconū Cardinalem, quod ad parochos adæquatè, & propriè referri non potest. Neque mirum videri debet, si Archipræsbyteri, qui ordine sunt superiores principes, scilicet præsbyterorum, & subindè absente Episcopo diuina officia obire debent, Archidiaconis subesse dicantur, iuxta d. c. 1. de officio Archipræsbyteri: quia respondetur non esse inconueniens, quod diuersis respectibus isti diuerso iure censeantur, ita vt Archidiaconus in

Hostien.

Duenh.  
Polid. Vir.  
Zech.C. Frater-  
nitatem.

7.



in ijs, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ superior sit. In diuinis autem, & ijs, quæ sunt ordinis, Archipræsbyter fit superior, vt notat Glossa. 2. in eodem cap. 1. & ex Cardinali, & alijs Fabricius dicto titulo de beneficijs cum dignitate, n. 32. vbi in præcedentibus alias rationes minus concludentes adducit: scilicet hoc factum fuisse, ne Archipræsbyteri exemplo Corepiscoporum superbirent, si immediatè Episcopo supponerentur.

8. Non inconuenit etiam quod pleraque munia, & officia ex dictis, pluribus demandentur, veluti cura sacerdotum, & Leuitarum Archidiacono, & Archipræsbytero ex dictis iuribus: nam vt bene aduertit Host: ad finem dicti tituli de officio Archidiaconi hæc omnia esse intelligenda per modum subordinationis, vt scilicet omnia de iure communi pertineant ad Episcopos, deinde ad Archidiaconos sub ipsis Episcopis, deinde ad Archipræsbyteros sub Archidiaconis, sicut cum eadem subordinatione videmus dominium ad plures pertinere supremum ad principem; ad dominum directum, quod superius dicitur; ad emphyteutam inferius, quod dicitur vtile: & in materia iurisdictionis sæpè notauimus ad regulam nemo potest plus iuris transferre, vbi Deo dante, latè de hoc dicemus.

9. Huic etiam assignari potest ratio, quare Archipræsbyteri à plebe Decani nuncupentur, vt ait text. in d. cap.

Ad hæc, post principium, de officio Archidiaconi; indeque Decanos, & Archipræsbyteros non differre, tradunt etiam Recentiores, vt tradunt Petrus Gregor. d. cap. 21. n. 12. Azor, & Vas-

consel. citatis locis, & post alios Anton. Faber, vbi proximè n. 44. Ratio enim ex dictis in promptu est, quia diximus Archipræsbyterum esse velut præsbyterorum principem, & in spiritualibus functionibus primum post Episcopum: vnde meritò ei conuenit etià Decani appellatio; licet enim Decanus ille propriè dicatur, qui decem præest viris, teste Glossa in Rubrica, C. de Decanis, lib. 12. Facta tamen indè translatione, à perfectione denarij numeri; Decanus solet appellari, omnis ille, qui alicuius ordinis primus, & præcipuus est; vnde dicimus Cardinalium, vel Doctorum Decanum, qui inter eos primum obtinet locum: notat Petrus Gregorius d. cap. 21. n. 13. latè, & bene Anton. Faber vbi proxime num. 42. Qui autem sint Decani illi, de quibus agit Imperator in l. 4. C. de sacrosanct. Eccles. explicat Guid. Pancerol. var. resolut. lib. 2. cap. 63.

Hinc etiam intelliges, in quo sensu sint accipiendi, qui dicunt Archipræsbyterum esse maiorem dignitatem post Pontificalem, vt per Garc. d. p. 7. cap. 7. n. 38. & alijs præcitatis; hoc enim in rigore Iuris intelligi potest, quoad diuina, & spiritualia, simpliciter autem ad Ecclesiarum singularum consuetudines est respiciendum: & secundum speciales harum dignitatum erectiones, vel principales, vel primæ post Pontificalem iudicandæ sunt; nam licet Decanatis nomen sit generale conueniens omnibus, qui primum locum obtinent in capitulo, iam tamè in omnibus Ecclesijs, quas scio, Decanatus est specialis dignitas ab Archidiacono, Archipræsbytero, & alijs distincta; cui imminet cura hæc

Vascon. Gaber.

Rubric. de Decanis, lib. 12.

Pet. Greg. Ant. Fab.

L. 4. C. de Sacros. Eccles.

Guid. Pancerol.

10.

Garc.

Cap. 1. de offic. Archipræsbyteri.

Hostiensis.

C. Ad hæc de offic. Archidiaconi.

Pet. Greg. Azor.



hæc, vt non solum Hispaniæ, sed etiã Franciæ consuetudinẽ receptum restatur Azor dicto lib. 3. cap. 17. & generaliter semper in hac materia exaudiendam esse consuetudinem asserit Hosliens. in fine dicti tituli de officio Archidiacon. & est elegans Rotæ decisio. 9. de præbend. in nouis. Boerius decis. 286. num. 5. & notabiliter Garc. 3. part. cap. 4. nu. 26. & 5. part. cap. 1. à n. 256.

II.

Quibus omnibus suppositis iam apparet Archipræsbyteros Urbanos veram, & propriam gerere dignitatem, & subindè iudices delegatos, & conseruatores Apostolicos posse cõstitui, vt post Rotam, & Boer. vbi proximè, concludunt Zechius, Azor q. 7. & alij omnes proximè citati.

## S. III.

## De Primicerijs.

## S V M M A R I V M.

- 1 Primicerius vnde dicatur?
- 2 Ad quod instituti fuerint Primicerij?
- 3 Primicerius dicitur primus, & antesignanus in qualibet arte.
- 4 Primicerij in iure vnde appellentur?
- 5 Qua sint munera, & officia Primicerij?
- 6 Opinio qua asserit nullam dari differentiam inter dignitates, officia, & personatus, refertur.
- 7 Contraria opinio assignatur.
- 8 Dignitas accipitur strictè, vel latè.
- 9 Latè quando dicatur?
- 10 Strictè quomodo intelligatur?
- 11 Vt dignitas dignoscatur, ad singulariũ Ecclesiarum consuetudines oportet recurrere.
- 12 Quid sit officium sacristæ, & an dignitas Ecclesiastica?

**P**ost titulum de officio Archidiaconi, & de officio Archipræsbyteri, statim egit Gregorius nonus de Primicerijs ad exemplum Isidor. in nostro cap. *Perlectis*, vers. *Ad primicerium*. Primicerius, id est vulgò, *Chantre*, quasi primus cantor, seu primus ratione cantus: ita appellatur, & quia cæteros docet quid sit canendum in choro, vt in Rubrica, & cap. 1. de officio primicerij, & in cap. *Perlectis*, versic. *Ad primicerium*. 25. dist. explicat benè Lelius Zechius dicto tit. 24. à n. 16. Petr. Gregor. syntagmat. iur. lib. 15. cap. 22. per totum. Quare pro eius institutione sciendum est, olim in Ecclesia Cathedrali fuisse cantorũ scholam institutam, quorum munus erat officia diuina, horarias preces in choro piè, & studiose cantare, vt diuinæ laudes religiosè celebrarentur. Huic scholæ viuis præficiabatur, cuius cura, studio, & opera clerici ad cantum, & chorum destinati docebantur, vt in sacrorum librorum lectionibus, & in diuinis officijs, & preceationibus ecclesiasticis probè exercitati essent. Hic igitur præfectus, Primicerius appellari cæpit.

Sciendum etiam est, quod Primicerius absque adiectione dicitur primus, & antesignanus in qualibet arte, vt explicauit Alciat. in Rubric. C. *De primicerio* lib. 12. Francisc. Conan. commentar. lib. 4. cap. 14. n. 6. & Petr. Gregor. vbi proximè, explicantes primicerium in ea rubrica dici primum notarium Principis, vel magistratum illum, qui Principis literis ceræum signum imponebat, vt apud nos solent maximi Cancellarij, sequitur Gerard. in anchora titulor. verbo, *primicerius*,

I.

Cap. 1. de offic. primicerij.  
C. *Perlectis*. 25. dist.  
Zech.  
Petr. Greg.

2.

3.

Alciat.  
Conan.

Petr. Greg.

Gerardus

Azor.

Hosliens.  
Rota.Boer.  
Garc.Boer.  
Zech.  
Azor.



*cerius*, vnde inferiores notarios, secundos Cerios, & tertios Cerios dicit, notat Guido Pantiola *variar. resolut. lib. 1. cap. 7.*

Guid. Pā.

4.  
Fabric.

Addo tamen quæ benè explicat Anton. Fabric. d. tit. de benefic. cum dignitate ex nu. 54. quod primicerij vera ethymologia non ducitur ex eo, quod signum regium ceræ imprimebat, sed ex veteri more antechartæ, vel membranarum inuentionem in cera, seu in ceratis tabulis scribendi: quia scilicet isti velut in albo primi scribebantur, vel quia primi erant, qui in cera præsentiam, & absentiam cæterorum adnotabant, vt vsque ad hodiernum diem solèt præfecti chori, vulgò *Contadores do choro.*

5. Munus, & officium Primicerij exprimitur in cap. 1. de officio primicer. vbi primò habetur, quod Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipræsbyter. Ad eius tamen curam specialiter pertinet præsidere in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positus: vt ipse disciplinæ, & custodiæ insulat, sicut pro animabus eorum, coram Deo, rationem est redditurus. Deindè ad ipsum pertinet Diaconis donec lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum spectant, de singulis studium habere; vt in quacunque re sensum habuerit, & absque vlla vacare negligentia, aut à quo ipse iusserit, intruantur. Vtrum verò Primicerius sit beneficiarius habens dignitatem, vel saltem personatum? infra disputabimus. Hæc tamen pro eius officio, & munere tradunt Zechius, & Azor citatis locis.

6. Pro plena tamen huius rei cognitione videamus, quænam ex supra

dictis sint dignitates, officia, personatus; & quomodo inter se differant, & distinguantur? quod tamen non est facile explicare, vt ex dictis apparebit. In qua quæstione partem negatiuam, quod nulla inter hæc detur differentia, sed potius synonima sint idem significantia, grauisissimi tenent Auctores, & mouentur auctoritate text. in cap. *Cum accessissent. 8. de Cōstitutionib.* agit ibi Pontifex de Primiceriatu, seu primicerio vulgò *Châtre*, quasi primus Cantor, vt supra diximus, vel quia Primicerius absque adiectione, dicitur primus, & antesignanus in qualibet arte, vt explicauit Alciat. vbi supra: & tamen hoc supposito Pontifex in eo cap. *Cum accepissent*; in principio: Primiceriatum vocat personatum, & statim inferius dignitatem, & deinde in vers. *Quocircavocat officium.* Adducitur deindè text. in cap. *Ad aures. 8. de Rescript.* ibi, *Nomen supprimunt dignitatis sue, iuncto ibi, tanquam non habeant aliquem personatum.* Quibus verbis aperte probat idem esse dignitatem, & personatum, atque ita ex his, & alijs notauit Glossa in cap. *Quia nonnulli, de clericis non resid.* & post Innoc. in cap. *De multa, de præbend.* Oldrad. Abb. Decium, & alios comprobat Hoyeda de incomp. 1. p. c. 7. à n. 1. & cap. 9. n. 2. & ante eum Rebuf. in praxi, titulo secul. beneficium quotuplex n. 7. Selua 1. p. q. 2. n. 39. Petrus Greg. rei beneficiariæ cap. 10. n. 18. Anton. Fabricius titul. de beneficio cum dignitate à n. 4.

Contra quos obstat, quia hæc tria tanquam diuersa ponuntur, & sæpiùs repetuntur in iure nostro, vt in cap. *in Genesi, 5. ad finem de electione, ibi, Electio-*

Cap. *Cum accessissent de Const.*

C. *Ad aures de rescript.*

Glossa ca. *Quia nonnulli, de cleric. non resid.*  
Innoc. *Oldrad. Abb. Dec. Hoyeda. Rebuf. Selua. Pet. Greg. Fabric.*

7.  
C. *In gen. de elect.*



*Elcctiones dignitatum, & personatum.*  
**C. de multa de prae- bend.** Consonat text. in cap. *De multa*, 28. de praebendis, ibi, *Hoc ipsum in personatibus esse decernimus*, iuncto versic. sequenti, ibi, *in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, & personatus obtineat.*  
**Cap. 1. de consuetud. in 6.** Textus optimus in cap. 1. de consuetud. in 6. tam in principio, ibi, *Duos personatus, aut duas dignitates, aut duo officia, quam etiam in fine ibi, Nisi vnicum personatum, vel dignitatem, vel officium, & in Extrauag. Execrabilis, de praebend. inter comm. ibi, Vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, officijs, &c.* Ex quibus, pluribusque alijs necessario inter haec tria differentiam aliquam esse assignandam, contendunt Doctores communiter: in quo vero consistat, non facile explicant, sed potius in eo maxime contorquentur. **Selua d. q. 2. à n. 36.** & alij post eum proxime citati. **Ioannes Nicolaus in floribus Iuris patronatus lib. 1. n. 41.** cum multis sequentibus, **Corras. de sacerdotio. 4. part. cap. 3. à principio, Azor dicta p. 2. libr. 3. cap. 1. q. 4. versic. 4. diuiditur, & cap. 13. q. 6. & à principio.** Qui tandem distinguunt duobus modis accipi dignitatem; vel late, vel strictè: strictè dicitur proprie beneficium, illud quod de iure communi administrationem habet rei Ecclesiasticae cum iurisdictione: vt post citatos explicat **Zechius d. tit. 24. nu. 12. Quintanaduenhas lib. 3. cap. 4. à n. 6.** & sic procedunt iura, quae dignitatem distinguunt, & personatum, exemplumq; manifestum est in Episcopis, Archidiaconis, Archipresbyteris, de quibus supra: late vero accipitur pro officio, & personatu & omnia haec tria inter se confunduntur, vt in dicto cap. *Cum accecessent*, & in d. cap. *Ad*

**A** aures, & ita loquuntur, & sunt intelligendi auctores pro priori sententia adducti.

Personatus vero strictè sumptus, est honor, & praecedentia quaedam, quae Canonicum alijs etiam antea receptis tam in choro, quam in Capitulo praefert, exemplum proponit **Rebuffus** proxime citatus in praefentorem, de quo meminit text. in cap. *Cum olim*, de consuetud. & explicat **Petrus Greg. d. lib. 15. cap. 22. n. 2.** eum esse, qui in choro voce praet, & ante alios incipit antiphonas, & responsoria, vt apud nos facit ille, quem vulgo *Subchante*, vocamus. Aliter explicat **Azor** dicto lib. 15. cap. 22. n. Quod scilicet olim in Cathedralibus toti scholae cantorū praerat **Primicerius**, qui erat vnus de Canonicis, de cuius officio proxime diximus: ita Cantorum choro praerat praecantor, & in eius defectu subcantor, de quo meminit text. in cap. *Inter dilectos*, de excessib. praetorum.

**C** Sed longè haec omnia absunt à nostris moribus: quare in dignoscendis singulis dignitatibus, & personatibus ad singularum Ecclesiarum consuetudines oportet recurrere; vt omnes proxime citati concludunt. At vero officium strictè sumptum est ecclesiasticae rei administratio sine iurisdictione, vel praeminentia illa, vt supra diximus in secunda quaest. prooemiali, §. 4. & exemplum ponunt Doctores in officio Sacristae, de quo in cap. 1. de officio sacristae. Et licet merito dubitauerint Doctores, an isti dignitatem, seu tantum personatum habere dicantur? & nos supra negatiue resoluius attento iure communi, iam tamen hodie planum est dignitatem gerere

10.

Cap. Cum olim de consuet. Pet. Greg.

Azor.

C. Inter dilectos.

11.



gerere ex principalioribus Cathedralium, quia ita constat ex creatione Ecclesiarum particularium, & cessat dubium, quod fuisset inter Patres Rotæ Romanæ, alijs asserentibus dignitatem esse, alijs negantibus: refert dicta Rota. 9. de præb. in nouis, concludens ad consuetudinem esse recurrendum; quia de iure dignitatem non sonebat, licet enim administrationem habeat rerum Ecclesiarum, iurisdictione tamen caret, & ideo personatum tantum, seu magis officium esse contendebat Rebus. d. tit. secu. benef. quotuplex num. 9. Petr. Greg. & Fabric. n. 59. proxime citatis locis: at vero dignitatem esse contendit Azor d. cap. 16. q. 6. quod secundum consuetudinem, & speciales Ecclesiarum erectiones rectè procedit tam apud nos, quam in Gallis, ut post Rotam Roman. Corpin. & alios, supremi Galliarum senatus Arresto confirmatum testatur Fabric. d. num. 60. iuncta additione liter. L.

## §. III.

## De Magistro scholæ.

## SUMMARIUM.

- 1 Magister scholæ unde dicatur?
- 2 De institutione Magistri scholæ.
- 3 Qui dicebantur in iure Ecclesiastici?
- 4 Magister scholæ iuxta Trident. debet esse magister in sacra pagina, vel Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico.
- 5 Magistri scholæ origo.
- 6 Ex statutis Ecclesiarum constat dignitatem Magistri scholæ esse ex principalioribus.
- 7 Quomodo requiratur hodie gradus Doctoralis ad huiusmodi dignitatem explicatur.

**A** D scholasteriã, alias scholasticam, seu scholasticum, deueniendo, qui scholæ Magister vulgò *Maître schola*, dicitur: de quo licet in iure titulus specialis non extet, neque iure antiquo cognitus sit eo modo, & forma, qua in usu est in omnibus ferè Hispaniarum Ecclesijs; sciendum est tamen, quod de eo explicitè sit mentio in Trident. *Trident.* sess. 23. de Reform. c. 18. vers. *Deinde*, ubi postquam multa de seminario eligendo piè, & sanctè statuit, formam præscribit constituendi scholastici, id est obtinentis scholasteriam.

**B** Deindè sciendū est, quod olim Ecclesiæ Cathedrales cōstituere vnū aliquē solebāt, qui clericos omnes inferiores cantū Latino sermone, & alias artes, ac disciplinas doceret, ut scirēt latine legere, scribere, loqui, & cātare; & ut quæ de officijs diuinis recitabāt, probè intelligerēt, ac proinde Magistrū scholæ vocabāt, qui modo etiã in nōnullis Ecclesijs dicitur scholasticus, in alijs scholarchus, hoc est scholæ præpositus, siue præfectus. At notandum tamē est olim scholasticū vocari solitū aduocatū. l. 2. C. de lucro aduocat. In Conc. Sardic. c. 10. scholastici ex foro dicuntur, & in Conc. Carth. c. 99. iudices scholastici. Scholastici nomē, inquit Tacitus, lib. de Orat. primū nūcupati sunt rectores, & declamatores litium fictarū, deinde à fictis litibus, transit ad veras Plin. 2. epist. adhuc scholasticus tantum est.

**C** Cognita iam institutione, & nominis ethymologia Magistri scholæ, formam constituendo Tridentinum, inquit, quod sit Magister in sacra pagina, vel Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico, & qui per se ipsum doceat,

ii ceat,

Rebus.

P. Greg.  
Fabric.  
Azor.

1.

2.

3.

L. 2. C. de  
luc. adu.  
Conc. Sardic.  
Conc. Carth.  
Tacit.  
Plin.

4.



ceat, vel per idoneos substitutos: eiusque origo, ut explicat Duaren. d. lib. 1. c. 19. iam à iure Pontificio antiquo noscitur incepisse: nam in generali Lateranens. Concilio sub Innoc. III. relato in cap. *Quia nonnullis*, de ministris, decretum fuit, ut suprà diximus, ut Cathedralis Ecclesia vnum habeat Theologum, qui sacram paginam doceat, & clericos in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectant, eiq; competens præbenda tribuatur; in quibus eius munus consistit. Cui saluberrimo statuto, ut singulæ Ecclesiæ satisfacerent, non solùm præbendam, verùm etiam dignitatẽ crexerunt, cui nomen illud indiderunt pro magistro, aut doctore, qui docendi prouinciam susciperet, & cæteros magistros deligeret docendi causa. Sed aduerte Magistrorum electionẽ auditoribus deferri à Trid. citato loco, quanuis aliam eligendi formam pro nostra Academia desiderat Nauar. quem vide in cap. *Inter verba*. II. q. 3. concl. 1. n. 15.

Vnde iam apparet, quod licet olim meritò Doctores dubitauerint, utrũ hi Scholiarchi, seu scholarum Magistri dignitatem habere dicantur, ut latè ad partes disputat Fuluius Patianus de probat. lib. 2. c. 27. à n. 107. iam hodie, ex statutis Ecclesiarum, & istorum beneficiorum erectione, de principalioribus esse dignitatibus Cathedralium, & in hac Conimbricensi sede tertiam post Episcopũ, apud alias aliquando primã, aliter apud alios, ut explicat Petrus Gregorius dicto lib. 15. cap. 19. melius ad nostrum propositum Azor d. lib. 3. c. 23. & de generali Hispaniæ consuetudine hoc ipsũ concludit Patianus, vbi proximè.

Circa necessitatem verò suscipiendi gradum illum doctoratus, qui sufficiat in vniuersitate qualibet, licet enim non sit de ijs, quæ extant ea in regione, seu Regno, vbi extat dignitas, notabiliter declararunt illustrissimi Cardinales, ut refert Garcia de benef. p. 7. cap. 7. nu. 34. cum sequentibus.

§. V.

De Præpositis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Qui dicantur Præpositi?*
- 2 *De varijs assertionibus nominis Præpositi, in iure.*
- 3 *Præpositi in Cathedralibus Ecclesijs curam habent animarum cum iurisdictione.*
- 4 *Præpositi toti Canonorum Collegio præsumunt.*
- 5 *Præpositi in aliquibus Cathedralibus primam dignitatem gerunt.*

**P**ræpositis etiam Ecclesiarum, qui ex communi vsu vocantur illi, qui quandam prioratus curam super alios gerunt, in multis Ecclesijs Cathedralibus præcipuam dignitatem obtinēt cum cura animarum, & iurisdictione, ut suprà diximus, & statim videbim<sup>9</sup>.

Quare erit, licet null<sup>9</sup> specialis extitit titulus in iure nostro de Præpositis, frequens tamen de illis mentio habetur in pluribus Pontificijs decisionibus, ut in cap. *Saluator*. 1. quæst. 3. & in cap. *Cum inter*. 25. & in capite *Dudum*. 22. de electione, & sæpè alibi: licet autem secundum nominis proprietatem præpositi dicantur omnes aliorum præfecti, & qui alijs præsumunt, ut probat text. in cap. *Quantuis*. 9. in principio de verbor. signific. vnde præpositi Castrorum dicebantur

7.

Garcia.

1.

2.

C. *Saluator*. 1. q. 3.  
C. *Cum inter*.  
C. *Dudum*.

C. *Quantuis* de verbor. signific.

tur

Trid.

Nauar.

6.

Patian.

Pet. Greg.

Azor.



L. Vires.  
C. de diuer-  
sis offic.  
L. 1. C. de  
Salg.  
Gerarch.

Alciat.  
Scot.  
Vasq.

Pantiol.

tur, qui præfecti erant militibus præ-  
fidiij causa degentibus in prouincijs,  
de quibus in l. Vires, Cod. de diuersis  
officijs lib. 12. & in l. 1. C. de Salgamo  
eodem libr. & de præpositis Labaro-  
rum, C. eodem, non laborum, vt le-  
gunt alij, vt per Gerarchum in an-  
chora titularum, verbo præpositus  
laborū; melius enim explicat Alciat.  
& post eum Alexand. Scotus, & latè  
Pater Ferdinand. Vasq. ad 3. p. Diui  
Thomæ, q. 111. art. 4. Laborum, ef-  
se legēdum. Erat enim Labarum sig-  
num illud nobile, quod ante Impera-  
tores ferebatur à tempore Constan-  
tini Imperatoris ex auro, & lapidibus  
preciosis crucis signo insignitum, vt  
etiam ex alijs, & ad varios præposi-  
torum modos, ita Respublica Roma-  
na congerit Pantiol. dicto libr. 1. va-  
riarum, cap. 85. notans ad istorū exē-  
plum nomen hoc in eadem significa-  
tione ductum fuisse ad præfectos cle-  
ricorū alicuius Ecclesiæ, & qui quān-  
dam prioratus curam super alios ge-  
runt, vt ex dicto Isidoro docet Pon-  
tifex in dicto cap. *Quannis*, de verbo-  
rum significatione: & propriè dicun-  
tur illi, qui in multis Germaniæ, Po-  
loniæ, Flandriæ, & Angliæ dignita-  
tem præcipuam gerunt in Cathedra-  
libus.

3. Præhabita iam nominis præpositi  
ethymologia, & origine; sciendum  
est in Cathedralibus Ecclesijs atten-  
ta consuetudine illarum prouincia-  
rum, curam habere animarum cum  
iurisdictione, & toti Canonorum  
Collegio præesse, & subindè in Ar-  
chidiaconorum locum, vt de Deca-  
nis diximus, credūtur successisse: ex-  
plicat post alios Petrus Gregorius  
d. lib. 11. cap. 18. à n. 6. & ex Rota Ro-

A 26. à principio, & per totum Azor d.  
lib. 3. c. 18. Fabric. d. tit. de beneficijs  
cum dignitate à n. 39. Patian. d. c. 27.  
à nu. 39. iuncto nu. 45. notantes hos  
ipsos in aliquibus Cathedralibus pri-  
mam esse dignitatem post Pontifica-  
lem; in collegiatis verò esse dignitatē  
principalem, vt de Decano, & Archi-  
diacono in terminis iuris communis,  
prenotauimus. Quod obseruabis pro  
dispensationibus illegitimarū, in qui-  
bus frequenter adijcitur clausula, ad  
quæcunque beneficia, præter digni-  
tates maiores in Cathedralibus, &  
principales in Collegiatis, de qua me-  
minit Staphileus de literis gratiæ tit.  
de modo, & forma impetrandi, §. *Cir-  
ca tertium*, n. 2. latè Rebuf. in praxi tit.  
de dispensatione super defectu nata-  
lium à n. 87. Garcia de beneficijs, p. 7.  
cap. 2. à n. 71.

Rota.  
Zech.  
Azor.  
Fabric.  
Patian.

5.

Staphil.

Rebuf.

Garc.

## §. VI.

De Canonicis.

### SVMMARIVM.

1. *Nomen Canonici unde diriuetur?*
2. *Canonici à principio simul omnes vi-  
uebant cum suo Episcopo sub certa  
regula communi, mensa, & dormito-  
rio videntes.*
3. *Canonicatus, atque canonicalis præ-  
benda longè differt à dignitate, offi-  
cio, & personatu; si proprie, & strictè  
singula accipiantur.*
4. *In quo consistat ius canonicatus?*
- D 5. *Quod ius ex præbenda nascatur?*
6. *Officium canonicale in quo consistat?*
7. *Vtrum canonici teneantur sub onere,  
& obligatione restitutionis distribu-  
tionum, psallere, seu canere in choro?*



- Fundamenta partis affirmatiua ponuntur.*
- 8 *Negatiua partis fundamenta praescribuntur.*
- 9 *Prima sententia ut verior amplectitur.*
- 10 *Ad argumenta pro secunda, respondetur.*
- 11 *Declaratur praedicta sententia, ut non procedat data consuetudine in contrarium.*
- 12 *Consuetudo est optima legum interpret.*
- 13 *Vtrum intentio Ecclesiae sit canonicos, & alios beneficiarios cathedralium obligare ad canendum?*
- 14 *An detur consuetudo rationabilis contra huiusmodi obligationem psallendi in choro?*
- 15 *Vtrum consuetudo possit efficere, ut canonici valeant per alios adesse, & inseruire?*
- 16 *Explicatur Trident. & Extrauag. Pij Quinti in hac materia.*
- 17 *Quomodo teneantur ad restitutionem canonici non psallentes in choro?*
- 18 *Vtrum canonici excusentur a mortali culpa notabiliter negligentes in psallendo, & distributiones suas faciant?*
- 19 *Locus quem Canonici habent in Capitulo, in quibus consistat?*
- 20 *Vox in capitulo ad solos Canonicos, non vero ad dignitates si canonicali praebenda careant, pertinet.*
- 21 *Tercenarij, Quartanarij, & dimidij praebendati, verè Canonici non sunt, nisi ex consuetudine aliud constet.*
- 22 *Canonici qui in sacris non fuerint constituti, vocem non habent in Capitulo.*
- 23 *Vtrum Canonici, quibus hoc ius vocis*
- in Capitulo competit, ei renunciare possint?*
- 24 *Probabilior sententia in hac quaest. refertur.*
- 25 *Canonici etiam Ecclesiarum Cathedralium, dignitatem propriam non habent, nec personatum.*
- 26 *Canonici, Conseruatores Apostolici fieri non possunt.*
- 27 *Canonicus etiam quando Archidiaconi facit officium in terminis iuris communis, vel Decani secundum hodiernam consuetudinem, dignitatem non habet.*
- 28 *An Abbas qui conuentui praest, Canonicis Cathedralium debeat anteferri?*
- 29 *Praebenda quomodo latissime accipitur?*
- 30 *Latè accipitur praebenda pro stipendio quod datur ministris spiritualib.*
- 31 *Praebenda strictè accipitur pro fructibus beneficij, qui praebentur alicui tanquam vni de Collegio.*
- 32 *Praebenda, & beneficium distinguuntur tanquam genus, & species.*
- 33 *Explicatur text. in cap. Cum in Ecclesijs de praeb. in 6.*
- 34 *Praebenda latè, & strictè accipitur pro beneficio Ecclesiastico.*
- 35 *Vera beneficij Ecclesiastici definitio.*
- 36 *Beneficium Ecclesiasticum in quibus consistat?*
- 37 *Praebenda si latissime accipiat, beneficium ecclesiasticum non est, contra vero si latè, vel strictè.*
- 38 *Vtrum in mandatis de prouidendo, quando Pontifex iubet alicui simpliciter de beneficio prouideri, comprehendantur praebenda Ecclesiae Cathedralis? affirmatiue.*
- 39 *Negatiua verior.*
- 40 *Cap. Tua de verbor. sign. explicatur.*







7. *diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistere, & inservire, atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei, nomen reuerenter, distinctè, deuotèq. laudare.* Quibus verbis multi decisam putant illam celebrem, & controuersam quæstionem: vtrum Canonici teneantur sub onere, & obligatione restitutionis distributionū, psallere, seu canere in choro cū alijs, an verò satisfaciant, si solūm assistāt, & intersint horis, & per Capellanos, & alios beneficiarios psallant, ipsi verò, vel ibi, vel domi priuatim recitent horas? apertè enim Tridentinū, videtur requirere quod in choro psallentes, seu canentes reuerenter, & distinctè Deum laudent: quibus verbis minimè satisfit, si in choro solūm intersint, & domi priuatim, vel etiam ibi horas recitent voce submissa: neque Concilium decerneret eos esse compellendos psallere in choro, nisi supponeret ad hoc de iure teneri, iuxta vulgarem regulam; quod culpa caret in damnum vocare non conuenit: de qua in cap. 2. de Constit. & in cap. 2. de his, quæ fiunt à maior. cum vulgaribus: atque ita hanc partem affirmatiuam constanter tenet Nauar. in tract. de Oratione, cap. 10. n. 47. & cap. 11. n. 41. & Miscelaneo. 79. Fr. Ludouicus de casibus conscientiæ 1. p. cap. 55. Fr. Ludouicus Lopez in instructorio conscient. 2. part. cap. 90. Azor tom. 1. lib. 10. c. 11. q. 11. Lelius Zechius de repub. Ecclesiast. tit. de Canonici, n. 6. Lessius de iustitia li. 2. cap. 34. n. 184. Iacob de Graph. & alij relati à Gracia de beneficijs p. 3. cap. 2. ex n. 512. Pater Soares de Re-

Trident.

Cap. 2. de Constit.

Cap. 2. de his quæ.

Nauar.

F. Ludou.

F. Ludou.

Lopez.

Azor.

Zech.

Lessius.

Iac. de Gra

pb.

Garc.

Soar.

A ligione tom. 2. titul. de horis Canonicis lib. 4. cap. 12. à n. 10. & nouissimè atque plene ad partes disputat Cenedo in quæstionibus Canonicis, q. 2. per totam, & constanter Paulus Comitollus responsorum moralium lib. 1. q. 62. à n. 2. testatus in Romana Curia, ita illustrissimos Cardinales respondisse: & præter Trident. auctoritatem hoc ipsum confirmatur ex auctoritate Concilij Basiliensis, de quo in pragmatica sanctionis Gallicane, tit. quomodo diuina officia sint celebranda in §. Statuit igitur, vbi ait, quod cum psallendi gratia ibi conueniant, muta, & clausa labia tenere non debent, sed omnes, præsertim qui maiori funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulari debēt, atq; etiam ex Extrauag. Pij V. vbi postquam dixit non facere fructus suos non recitantes, addidit, licet choro addictus cum alijs præsens adsit: & denique, quia institutio horum Canonicatum, & beneficiorū in cathedralibus facta fuit ad hunc finem, vt in choro simul conuenientes Deum communiter laudent, vt satis expressit Trident. & Basiliense Concilium citatis locis: atque adeò deficiente causa, ob quam distributiones conceduntur, eas suas facere non possunt, iuxta text. in l. 1. & in l. Si mulier. & per totum, ff. de Condict. causa data.

Cened.

Paul. Comit.

Trid.

Conc. Basiliens.

Extrau. Pij V.

L. 1. l. Si mulier. ff. de Cond. caus. dat. 8.

D Verum contrariam partem, quod non psallentes distributiones suas faciant, & ad restitutionem non teneantur, si horis intersint, licet non canāt, sed priuatim, vel voce submissa recitent; & vsus recepit, & de iuris rigore tuētur grauissimi Auctores. Caiet. in sūm. verb. ore, Medina in instruction. confess.

Caiet. Medin.



confess. 1. p. cap. 14. §. 11. ad finem, & alij, quos refert, & sequitur: consuetudine receptum, attestatur Garcia dicto cap. 2. n. 514. & ante eum constanter Fr. Ludouicus Lopez dicto loco, & ante eum multis latè comprobauit Petrus de Nauarra Toletanus de restitut. lib. 2. cap. 2. ex n. 217. Et tandem cum hac resolutione remanet Cenedos d. q. 2. n. 14. cum sequentibus post Alex. Monetam de distributionibus quotidianis p. 2. q. 2. Mouentur primò ex auctoritate text. in cap. *Licet*, de præbend. ibi, *qui intersunt horis canonicis, exhibentur*, & in cap. vnico de cler. non resid. in 6. ibi, *Qui eisdem officijs in ipsis Ecclesijs affuerint*, consonat Trid. citato c. 12. versic. *Distributiones*, ibi, *Qui statis horis interfuerint, recepiant cum alijs*. Ex quibus est vulgatissimum, distributiones quotidianas interessetibus deberi; nusquam verò legitur pro cantoribus, vel cappellanis canentibus fuisse institutas. Mouetur etiam Medina. quia contendit principaliter Canonicis dari distributiones, vt præsentia sua auctoritatem, decorem, & ornamentum præstent ipsis Ecclesijs, non vero vt personaliter canant, cū huiusmodi munus, melius, & perfectius præstent per Capellanos, aut Cantores, quibus ex mensa communi præstant stipendium, vt se exonerent ab eo onere, quod vix dignè vnus, vel alter præstare potest propter cantus imperitiam, vel vocis sonoræ defectum: quod sanè pulchrius & ad fidelium deuotionem, & consolationem, & ad Dei laudem accommodatius est, vt scilicet diuina officia mira vocum, & instrumentorum varietate, & suauissimo concentu cele-

brentur; iunctis ijs, quæ de cantus ecclesiastici vsu, & vtilitate ex Patribus plenè tradunt Bellarm. ad finem tomi tertij de bonis operibus lib. 1. cap. 16. Stephalus Durâtes de ritibus Ecclesiæ lib. 3. cap. 21. Ipsi autem Canonici tanquam maiores sacerdotes omnia conspiciant, & gubernent, & quæ ab inferioribus decantantur, interius meditentur; neque enim maiores Ecclesiæ debere insistere canticis, docuit D. Thomas 2. 2. q. 91. art. 2. ad tertium argum. adducendo elegantem Diui Gregorij auctoritatem in cap. *In sancta*. 92. dist. Et tamen non inepta similitudine confirmat Medina de processionibus funeralibus, in quibus certum ait, quod licet Canonici illis interessentes, mutuo confabulentur, vel colloquantur; distributiones tamen processionibus assignatas suas faciant, nec ad restitutionem teneri, quenquam vnquam dixisse.

In hac igitur difficultate, quæ merito scitu digna est, & necessariâ profitetur Medina, certa ab incertis separare oportet; in primis igitur constitutio attento rigore iuris, veriore esse primam sententiam, quæ procul dubio receptior est ex suprâ relatis, quæ non solum sub reatu culpæ mortalis, sed etiâ onere restitutionis distributiones adstringit Canonicos ad psallendum in choro in simul cum alijs vt euincunt rationes, & auctoritates Conciliorum pro ea adductæ, & concludunt restitutionem, & fundationem Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum eam esse, vt Canonici per se psallere, & alia Ecclesiastica obire munera teneantur; ac subindè licet priuatim recitando satisfaciant obligationi recitandi diuinum officium,

Garc.

Fr. Ludo.  
Lop.  
P. de Nauarra.Cened.  
Alex. Monet.

C. Licet de præb.

Cap. vnico non resid. lib. 6.

Trid.

A

B

C

D

Bellarm.  
Durant.D. Thom.  
D. Greg.  
C. In sancta. 92. d.

Medina.

9.



& consequenter illud iterum recitare non teneantur, minimè tamen satisfaciunt officio, & debito chori; & propter à iustitiam commutativam offendunt, & ad restitutionem tenentur, vt post Caietani, & alios Pater Soar. d. cap. 12. cap. 8. & 10. & verum esse absque dubio agnoscunt etiam posterioris sententiæ auctores in Ecclesijs, vbi viget statutum, vt Canonici per se ipsos psallere teneantur, vt post Monetam q. 2. à n. 28. profitetur Cenedos num. 13, in fine dictis locis. Quod maximè notandum est ad hanc Conimbricensem sedem, vbi statutorum, cap. 8. sic legitur: *Todos os Beneficiados tenham particular cuidado de cantarem todas as horas maiores muy pausadamente*: & sic esse vsu receptum, & statutum esse in viridi obseruantia; neque desuetudine, aut contra consuetudine sublatum esse ex diligenti seniorum informatione reperio, quod de Bononiensi Ecclesia testatur Beia, & de sua Abulensi Ecclesia Garcia n. 523. dictis locis. Ex quibus verbis apparet non solum præfidenti iniungi, vt mulctare possit, non canentes, vt refert Nauar. d. n. 47. de statuto Conimbricensi agens; sed præceptum dirigi in ipsos Canonicos, & Beneficiarios, atque ita sublatam esse rationem dubitandi, de qua infra.

Neque hac parte retenta obstant argumenta, quæ pro posteriori adducuntur. Nam primum ex iuribus, quæ probant distributiones quotidianas deberi, & tribuendas esse interessentibus, rectè concludit, negatiuè scilicet solis interessentibus esse tribuendas; affirmatiuè autem, quod debeatur, iuxta modum, & formam præscriptam à iure, & Ecclesiarum statutis:

atque ita si interessentes obiuerint munera illis horis incumbentia, canendo, & psallendo, quando reliqui canunt, & psallunt, vel dicendo capitulū, antiphonas, & responsoria, & similia, quando ex ordine eis contigerit, iuxta modum à cantore, vel subcantore præscriptum. Ad rationem verò Medinae, quod distributiones principaliter tribuuntur Canonicis, & dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis ad eam decorandam præsentia sua, non vt canant; negamus totum ex dictis; imò bene aduertit Frater Ludouicus Lopez, vbi supra, versic. *Secundò addo*, tantum abesse, vt Canonici confabulantes, & puerorum modo in choro garrientes, præsentia sua authoritatem, & decorem Ecclesiæ afferant; vt magis deturpent, & à tali maiestatis fastigio mercantur deturbari. Ad authoritatem text. in d. cap. *In sancta*. 92. dist. & verba D. Thom. respondetur solum probare maiores Ecclesias non debere officium Cantorum assumere, qui à prædicando, vel docendo auertantur; non verò negare Canonicos, & alias personas choro addictas, quibus ex officio canere incumbit, non debere canere, seu magis intonare, in tono Ecclesiæ consueto, vt expressè deducitur ex verbis text. ibi, *Quos ad prædicationis officium, & eleemosynarum studia vacare congruebat*. & benè explicat Nauar. d. miscellaneo. 79. de oratione, Durantes de ritibus Ecclesiæ d. lib. 3. cap. 21. n. 11. atque ita non teneri Canonicos ad armonicham modulationem, cantus figurati, vulgò *de Organ*, sed satisfacere in magnis festiuitatibus, in quibus Ecclesia eo cantu vtitur, assistendo cum debita intentione cantoribus,

Caiet.  
Soar.

Monet.  
Cened.

Nauar.

10.

A

B

C

D

Medina.

Fr. Ludouic.  
Lopez.

C. In sancta.  
92.

D. Thom.

Nauar.  
Durantes



*Pet. de Nauar.* ribus, explicant Petrus de Nauarra n. 205. Moneta, & Cenedo nu. 5. Comitulus in fine dictis locis. Similitudinem cantus in processionibus simpliciter negant scribentes communiter, ut constat ex Fratre Ludouico Lopez dicto versiculo secundo, Cenedo n. 9. versic. *Ad secundum*, quia inuitantes Canonicos ad similes processiones funerales, magis temporalem pompam videntur respicere: non ita pia Mater Ecclesia, quæ suos alit ministros, & stipendia præstat, ut Deo ore, & mente debitas laudes exhibeant. Imò nullo iure, aut ratione poterit probare Medina intentionem defunctorum iubentium Canonicorum comitatum in suo funere esse solam inanem præsentiam, & confabulationem, non verò eum pium, & sanctum finem, ut Deo, eiusque sanctis preces fundant ad animarum suarum subsidiū, & satisfactionem, ut à purgatorij poenis liberentur, ut melius discurret Cenedo n. 8. versic. *Prætereà*.

Ad rationem verò ex defectu vocis sonoræ, vel artis peritiæ respondet Nauar. quod licet debeant addiscere, vel si choro apti non sunt, dimittant beneficia, sed rigor hic videtur mitigandus prudēti consideratione; nam si patet, quod addiscat, iustissimum est; & si vocem habeat non absonam, quæ scilicet alios non perturbet vel officium impediatur, satisfacit pro virili Deum laudando secundum mensuram donationis suæ, iuxta Apostolum ad Ephesios. 3. quia potius vita, quam vox in fabulantibus Deo attendi debet, ut ait D. Gregor. in d. cap. *In sancta*, ibi, *dum blanda vox requiritur, congrua vita negligatis*, quod si iam ætas, vel officium prædicandi,

vel docendi de nouo addiscere impediatur, non videtur necessaria ratio Nauarri, quod dimittat beneficium, cum is, qui cantu iuuare non potest Ecclesiam, in qua cantorum non datur defectus, iuuat literis, & doctrina, ut cæteris doceat, & Ecclesiæ iura tueatur, qui est vnus præcipuus finis institutionis præbendarum, & congruū non sit, ut sacerdotes à prædicandi, & docendi munere retrahantur, ut modulatiōi vocis inseruiant, ut ait D. Gregorius in eodem cap. *In sancta*, & ex D. Thoma supra notauimus, quorum doctrina his terminis optimè adaptatur, & ad hæc reducenda sunt quæ scribunt Nauar. d. cap. 11. n. 41. Cenedo n. 15. dictis, Iacob de Graph. in aureis decisionibus lib. 3. c. 17.

Licet ergo in rigore iuris verissima sit hæc resolutio; contraria tamē retinenda est in ijs Ecclesijs, in quibus viget consuetudo, aut statutum, ut Canonici, & Beneficiarij choro satisfaciant interessendo, & faciendo, ut Capellani, & Cantores canant, & psallant, & reliqua exequantur munera: ut facillè admittunt Doctores posterioris sententiæ, atque etiam plures, qui primam sequuntur, ut constat ex Zechio, Petr. de Nauar. nu. 222. Azor q. 6. Garcia n. 522. Soarez n. 11. & 13. Cenedo n. 12. & post Bernardinum Sandoual de diuinis officijs, cap. 16. Lelius n. 185. dictis locis. Et probatur, quia consuetudo est optima legum interpret. l. *Si de interpretatione*, ff. de legibus, cap. *Cum dilectus*, de consuet. cum similibus, de quibus Molin. de primogen. lib. 2. ca. 6. n. 58. Duaren. titul. de legibus, cap. 12. Donel. comment. lib. 1. cap. 15. & latè explicat Pater Soarez de legib. libr. 7. cap.

*Cenedo.*  
*Iacob de*  
*Graph.*

11.

*Zech.*  
*Pet. de Nauar.*

*Azor.*  
*Soar.*  
*Cened.*  
*Sandoual.*

12.

*L. Si de interpretatione.* ff. de legib.

*Cap. Cum dilectus de consuet.*

*Duar.*  
*Donel.*

*Soar.*

cap.



13. cap. 17. per totum: atque adeò, cum ex dictis constet apud Doctores, quæstionem esse satis dubiam, & controversam; utrùm intentio Ecclesiæ sit Canonicos, & alios beneficiarios Cathedralium obligare ad canendum, an potius satisfaciant interessendo? merito attenditur consuetudo, ad hanc Ecclesiæ intentionem declarandam.

14. Quod si dicas iuxta nostram resolutionem minimè dubiam esse quæstionem, sed potius certum ex institutione horum beneficiorum, Canonicos, & Beneficiarios choro addictos, teneri canere, & psallere; respondet, quod eo dato, totum provenit ex iuris humani dispositione contra quam consuetudo si rationalis sit, & præscripta, semper prævalet, iuxta textum in cap. ultimo de consuetud. in fine cum similibus, quæ latè explicat ibi Abb. Rochus, Mantua, & Sargum, Mascard. de probationibus conclus. 424. à n. 27. Tuscus tom. 2. litera C. conclus. 814. Menoch. de arbitr. casu 82. & 83. latissimè Asor tom. 1. libr. 5. cap. 17. q. 5. cum sequentibus, Lezius de iustitia lib. 2. cap. 6. à n. 45. & esse communem Canonistarum, & Theologorum omnium post Diuum Thomam. 1. 2. q. 97. art. 3. testatur Pater Soares d. lib. 7. cap. 18. n. 2. ubi per totum latè explicat. Rationes autem, quibus consuetudo hæc potest cohonestari, ut dicatur rationalis, poteris deducere ex his, quæ Doctores posterioris sententiæ in eius confirmationem adducunt, quod cedat in maiorem Ecclesiæ auctoritatem, decorem, & ornamentum, & fidelium consolationem, ut superius diximus. Vnde apparet consuetudinem hanc

Cap. ult.  
de consuet.  
Abb.  
Roch.  
Mantua.  
Sabag.  
Mascard.  
Tusc.  
Menoch.  
Azor.  
Lessius.

D. Thom.  
Soar.

nunquam aliter licitam censerit posse, nisi detur sufficiens ministrorum copia, qui in cumbentia munera dignè possint obire: repugnaret enim legi naturali, & diuinæ, quod distributiones lucrentur ad hunc finem assignatæ, & tamen Ecclesia in seruitio defectum patiatur, & detrimentum, quod non contingit, ubi per alios æquè bene, vel melius præstatur: nam licet ius Pontificium offendatur, iuxta nostram resolutionem; non ita repugnat. aliqua diuina, aut naturalis, quam rationalis, & præscripta consuetudo non vincat, iuxta textum in eodem cap. ultimo in principio de consuetud. Quod si instes in hunc modum, potest consuetudo introducere, ut Canonici choro satisfaciant, canendo per Capellanos, aut alios beneficiarios; ergo iam poterit introducere, ut possint per alios adesse, & inseruire, quod tamen est contra textum in cap. unico, de clericis non resid. in 6. & contra Trident. suprà citatis locis; sed respondet Soares dicto cap. 12. n. 15. negando consequentiam, quia præsentia, & interessentia personalis, quam canones exigunt, per alios impleri non potest; quando autem diximus non teneri Canonicos canere, non provenit ex eo, quod canant per substitutos, seu Vicarios in munere sibi incumbenti, sed quod transferendo onus illud in alios, iam ipsi non sunt obligati, & singuli implent munus suum, licet omnes non canant, Canonici scilicet interessendo, alij canendo.

D Ad argumentum ex Concilio Tridentino, & Extrauaganti Pij V. post quæ videtur iam consuetudinem illam omnino damnatam esse, & minimè permit-

Cap. unico.  
de cler. non  
resid. lib. 6  
Trident.

16.  
Trident.  
Extrav.  
Pij V.



permittendum, respondet Azor cō-  
 trariam consuetudinē praeualere po-  
 tuisse: Garc. autem vsu non fuisse re-  
 ceptam; at verò Nauarrus, & Arago-  
 nius, & Lessius n. 186. aiunt, nihil in  
 hoc decreto Trident. prædictæ con-  
 suetudini contrarium reperiri, quia  
 solùm decernit Canonicos cogēdos  
 esse, non verò dirigit præceptum in  
 ipsos Canonicos: sed benè improbat  
 idē Garcia, quia, vt suprā tetigimus,  
 hæc coactio supponit obligationem  
 in ipsis Canonicis; qui idcō cogi pos-  
 sunt, quia ad hoc de iure tenentur,  
 aliàs si non tenerētur, sine culpa mul-  
 ctari non possent, ex regula *capitis se-*  
*cundi*, de constit. *cap. 2. de his, quæ fiūt*  
*à maiori parte capituli*, regula sine  
 culpa, quam præmanibus habemus,  
 & latè notabimus lib. 6. & quia si per  
 superiores compelluntur, minimè  
 præscripta dici potest, sed magis in-  
 interrupta consuetudo, contra ea, quæ  
 notantur in d. *cap. ultimo*, de consue-  
 tudine. Melius ergo Pater Soar. cita-  
 tis locis ad *Extrauagantem*, respondet  
 aliū habere sensum longè diuersū,  
 quod scilicet non recitantes officium  
 diuinum licet choro intersint, suas nō  
 faciant distributiones: proposita au-  
 tem quæstio de illis est, qui licet non  
 canant in choro cum cæteris, priua-  
 tim tamen, vel ibi, vel domi recitant.  
 Ad Trident. verò aduertit, quod nō  
 præcepit directè, quod omnes can-  
 tent, sed quod Deum reuerenter lau-  
 dent in choro ad psallendum institu-  
 to: quibus verbis satisficit, si alij inter-  
 sint, alij canant, vnum velut corpus  
 conficientes, & omnes simul modo  
 suo ad Dei laudes cooperantes.

Tandem pro quæstionis implemē-  
 to aduertere oportet, quod etiam il-

lis casibus, quibus diximus Canon-  
 icos ad restitutionem distributionum  
 teneri, si in choro cum alijs non ca-  
 nant; non teneri ad totas distributio-  
 nes restituendas, sed proportionabi-  
 liter pro parte correspondenti defe-  
 ctibus, quos commiserunt; & aliter  
 cum illis agendum, qui confabulan-  
 do, & garriendo, chorum perturban-  
 tes, non canunt; vel cum illis, qui à  
 cantu cessant priuatim recitādo ho-  
 ras, propter voces, aut virium imbe-  
 cillitatem, vel, vt liberius mediten-  
 tur, quæ ab alijs decantantur, vel ob  
 dignitatem, aut similes rationes: licet  
 enim causæ istæ stando in iuris rigo-  
 re non sufficiant, vt à canendo libe-  
 rentur, ex dictis, & notauit Nauar. di-  
 cto *cap. 11. n. 41*. Merito tamen debet  
 attendi ad qualitatem restitutionis  
 intelligendam, & iudicandam: quia  
 licet isti non canant, quatenus tamen  
 intersunt, & præsentia sua choro au-  
 ctoritatem conciliant, aliquam partē  
 distributionum merentur, vt prudē-  
 ter explicant Fr. Ludouicus Lopez,  
 & Beja suprā citatis locis.

Ex omnibus autem, quæ diximus,  
 subinfertur, non consequenter loqui  
 Garc. d. *cap. 2. nu. 519*. cum sequenti  
 quatenus resoluit, non excusari à  
 mortali culpa Canonicos, qui choro  
 interessentes, notabiliter negligentes  
 fuerint in psallendo, & canendo cum  
 alijs; sed tamen facere suas distribu-  
 tiones ipsas horas illis assignatas, &  
 ad earum restitutionem non teneri;  
 nam rationes, quæ euincunt eos mor-  
 taliter peccare; excludunt pariter nō  
 secuta causa ob quam distributiones  
 tribuuntur ex debito iustitiæ restitu-  
 tionem obligari recipientes, vel è cō-  
 trà: quibus casibus ex vi consuetudi-  
 nis,

Azor.  
 Garc.  
 Nauar.  
 Aragon.  
 Lessius.

Cap. 2. de  
 Constit.  
 Cap. 2. de  
 his quæ fi-  
 unt à mai-  
 ori part.

Soar.

Trid.

17.

Nauar.

Fr. Ludo-  
 uic. Lopez  
 Beja.  
 18.

Garc.



*Mauar.*  
*F. Ludou.*  
*Lop.*  
*Beia.*  
*Camitol.*  
*Soar.*

nis, aut statuti non canētes, excusan-  
tur à restitutione, debent etiam ex-  
cusari à peccato, vt melius explicant  
Nauar. Fr. Ludouicus Lopez, & Beia,  
Comitolus, & plenè Pater Soar. nu.  
10. dictis locis.

Hæc de officio chori, de assisten-  
tia verò, & seruitio dignitatum, & Ca-  
nonicorum in Pontificalibus, vltra  
Cæremoniale, & Rituale extant plu-  
res illustrissimorum Cardinalium de-  
clarationes, quæ tam manu scriptæ,  
quàm etiam impressæ ad idem decre-  
tum Trident. sess. 24. de reformatio-  
ne, cap. 12. circumferuntur.

Quod verò attinet ad locum in  
Capitulo illud præcipuè noscitur im-  
portare, vocem scilicet in electioni-  
bus, & collationibus præbendam,  
& alienationibus, & in arduis Eccle-  
siæ negotijs Episcopo, cum quo vnū  
corpus efficiunt, consilium, aut con-  
sensum præstare, iuxta textum, & quæ  
ibi notantur in cap. *Novit*, de his, quæ  
fiunt à prælatis sine consensu capitu-  
li: & per totum, de his, quæ fiunt à ma-  
iori parte: & est textus optimus in c.

*C. Nouit,*  
*de his quæ*  
*fiunt.*

*C. Cum in*  
*Eccles. de*  
*præb. lib. 6*  
20.

*Cum in Ecclesijs*, de præbend. lib. 6. Ex  
quibus, & aliis ita notarunt Innocēt.  
in cap. 2. de institutionibus, & post  
eum alii communiter ad solos Cano-  
nicos, non verò ad dignitates, si ca-  
nonicali præbenda careant, perrine-  
re vocem huiusmodi in capitulo, se-  
quitur Abb. in cap. 1. n. 13. de electio-  
ne, & in cap. *Scriptum*, n. 4. eodem tit.  
referunt, & sequitur Petrus de Baino  
in directorio electionum 1. p. cap. 2.  
n. 2. Lelius Zechius d. tit. 24. n. 4. ver-  
sic. 7. & n. 7. Azor d. p. 2. lib. 3. cap. 18.  
atque ita vsu obseruari videmus, tum  
in hac Conimbricensi, tum in aliis  
Cathedralibus Regni, vt obtinentes

*Abb.*

*Pet. de B.*

*Zech.*  
*Azor.*

dignitates sine præbenda, vocem nō  
habeant in capitulo, & notissimum  
est, quod eam tantum habent non  
ratione dignitatis, sed præbendæ an-  
nexæ.

Et eadem ratione argumentum  
manifestum est, quod Tercenarij,  
Quartenarij, & Dimidij præbenda-  
ti, vere Canonici non sunt, sed potius  
portionarij, mansionarij, seu Assitij,  
eo quod vocem in capitulo non ha-  
bent, sed assidui sunt in choro, & per-  
petuo in eo manent, vt docuit Glossa  
notabilis, verbo *Assisios*, in cap. *penult.*  
de clericis non residentibus, & latius  
explicat Albericus in dictionario Iu-  
ris eodem verbo, Selua de beneficio  
p. 1. q. 2. n. 47. Zechius dicto tit. 24. n.  
2. Petrus Gregor. syntagmat. iuris li-  
br. 15. cap. 23. à n. 11. Azor d. lib. 3. c.  
9. per totum. latè Antonius Fabricius  
in praxi, & theorica beneficiorum,  
titulo de reliquis stipendijs ecclesia-  
sticis à principio, & omnino n. 12. cū  
sequentibus. Aduerte tamen non re-  
pugnare, quod ex dimidijs præbēdis,  
si consuetudo, vel Ecclesiæ statutum  
vim habeat, possint integri Canoni-  
catus constitui, & subindè eos obti-  
nentes ad Capitulum, & communes  
tractatus admitti possint, & debeāt,  
tanquam veri, & integri Canonici, vt  
Aresto supremi Galliarū senatus de-  
cisum testatur, & iuris rationibus cō-  
probat Antonius Fabricius, vbi pro-  
ximè n. 11. iuncta additione litera A.  
& ita in aliquibus Lusitaniæ, & His-  
paniarum Ecclesijs vsu seruari com-  
pertū est, & ita in hac re vt appareat,  
an dimidii præbendati sint verè, &  
propriè Canonici ad institutionem  
præbendarum, consuetudinē, & pos-  
sionem recurrendum est.

Aduerte

21.

*Alberic.*  
*Selua.*  
*Zech.*  
*Pet. Greg.*  
*Azor.*  
*Fabric.*

L.  
de  
C.  
sto  
reg



22. Aduerte etiam è conuerso non omnes Canonicos, vocem habere in Capitulo, in electionibus scilicet, & communibus tractatibus, sed eos tantum, qui in sacris scilicet, saltem in subdiaconatu fuerint constituti, vt decidit text. in *Clementina* 2. de etate, & qualitate ordinandorum, innouat Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. notant Nauar. conf. 1. n. 2. de consuetudine, Azor dicto lib. 3. cap. 11. q. 20. Zerola in praxi episcopali, verbo *beneficia*, §. 5. & ex alijs Garcia p. 3. c. 4. à n. 24.

*Clem. 2. de etate, & qual. Trid. Nauar. Azor. Zerol. Garc.*

23. Vtrum autem dignitates, & Canonici, quibus hoc ius vocis in Capitulo competere diximus, ei renunciare possint, vel frequenter à Capitulo, & actibus capitularibus se eximentes, vel in singularibus actibus, votum suum, vt vulgò dici solet, *Cassantes*, quæstio est non inelegans, in qua ad vtranque partem, non contemnendæ adsunt rationes. Pro affirmante enim, quod possint, facit quia diximus ius hoc singulariter Canonicis esse concessum, atque ita videtur eorum fauorem, & singularem prærogatiuam continere; & ex eo ostenditur, quia in pœnam priuationis vocis in capitulo Canonicis delinquentibus, imponi solet, quod esset absurdum, si onus non in fauorem eorum respiceret, atque ita succedit regula vulgaris, quod vnusquisque fauori suo potest renunciare, de qua in lege penultim. Cod. de pactis, cap. *de pact. C. Ad apostolicam de regularib.* *Ad apostolicam de priuilegijs*, & quia passim, vt sic receptum videmus, vt singuli in capitulo votum suum cassare soleant, & probatur optimo simili de electoribus ad cathedras, vel similia publica

munera, quos certum est, posse iuri suo suffragandi renunciare, nisi necessitas, aut utilitas publica contrarium postulet, vt docet Soto de iustitia lib. 4. q. 6. art. 3. ad finem, refert, & sequitur Gutier. canon. quæstion. lib. 2. cap. 11. n. 86. Et confirmantur hæc omnia ex decisione text. in cap. *Cum nobis*, de electione, ibi, *Accedere noluerunt, alienos se fecerunt*, & in cap. *Quod sicut*, eodem titulo, ibi, *sive nequiuerint, sive noluerint*. Quæ apertè probant posse vocatos ad electionem, & alios

*Soto. Gutier. Cap. Cum nobis, de elect. C. Quod sicut eod. titul.*

B tractatus communes non venire, & se ab huiusmodi actibus alienos facere, notat Biaxius dicto tractatu electionum p. 3. cap. 6. numer. 1. Petrus Gregor. eodem tractatu cap. 14. n. 7.

*Biax. Pet. Greg.*

Verum in dubio proposito merito contrarium respondit illustrissimorum Cardinalium congregatio, & de iure tenent Petrus de Ledesma, Gutier. & alij, quos refert, & sequitur Garcia d. p. 3. c. 2. n. 529. & 532. cum sequentibus; optimè distinguentes aliud esse quærere, vtrum Canonici, seu Capitulares possint in vno, vel altero actu vocem suam cassare, & ei renunciare? & partem affirmatiuam, quod possint libenter admittimus ex ratione generali supra facta, quod vnique licitum est, fauori suo, seu iuri suo renunciare. Aliud est quærere, an frequenter possint à Capitulo abesse? & contrariam partem negatiuam probamus, quia licet Canonorum præcipuum munus sit diurnis interesse in choro, & altaris ministerijs inferuire; ad bonum tamen commune ipsius Ecclesiæ maximè pertinet administratio, & gubernatio rerum temporarium ipsius Ecclesiæ, seu Capituli, & eius iura pro viribus, opera, & consilio

24. *Ledesm. Gutier. Garc.*



tueri, quare Capitulo interesse non solum honoris est, sed magis oneris. **A** Neque quidquam valet argum. contrarium, quod Canonici ob culpam priuatur iure interessendi in capitulo; quemadmodum etiam videmus in munere iudicandi, quod publicum est, & honoris, & tamen non eo minus onus continere dicitur, iuxta textum in l. *Munerum*. 18. versic. *iudicandi necessitas*, ff. de muneribus, & honorib. & subinde in poenam culpæ sæpè suspensio ab officio imponitur; & confirmabis resolutionem hanc ex multis, quæ de obligatione illustrissimorum Cardinalium interessendi congregationibus, tradit Cardinalis Paleot. in tract. de cōsultationibus sacri palatij. p. 5. q. 8. & de decurionibus Ciuitatum, Azeuedo in tract. de Curia Pisana lib. 1. cap. 2. n. 6. & 7. & lib. 2. c. 13. per totum, & specialibus Ecclesiarum cōstitutionibus prouisum, vt in hac Conimbricensi statutorum. cap. 53. Hæc de officio Canonico-  
**C** rum in choro, & in capitulo dixisse sufficiat.

25.

Quibus omnibus præhabitis, iam manifestum apparet Canonicos etiã Cathedralium dignitatem propriam non habere, neque etiã proprie personatum. Probat, quia diximus dignitatem propriè esse beneficium, cui adhæret administratio rerum Ecclesiasticarum, cum iurisdictione: personatum verò esse beneficium, cum præeminentia, quæ faciat, vt cum obtinentes in choro, & processionibus alios Canonicos antecedant: sed  
**D** constat ex dictis ex ecclesiastica Canonici institutione, nullam esse ei annexam iurisdictionem, neque etiã canonicatum, vt talem ex natura sua

habere prærogatiuam illam, vt vnus  
**A** Canonicus alios antecedat, sed solum consistere in duobus illis, stallo in choro, & loco in Capitulo: ergo rectè Doctores communiter absque controuersia concludunt canonicatum propriè dignitatem non esse, resoluit Dominic. per textum ibi in d. cap. *Statutum*, de rescriptis in 6. & alios, quos sequitur Felin. in capite *Pastoralis*, n. 12. de officio delegat. & tenere omnes testatur Patian. d. cap. 27. ex num. 101. Azor d. 2. p. lib. 3. cap. 11. quæst. 16. atque ideò Conseruatores Apostolicos fieri non posse ex Glossa, verbo *obtinentes*, in capite *ultimo*, de officio deleg. in 6. post Fabricium d. tit. de beneficijs cum dignitate nu. 18. Quare cautè legendus Azor eodem cap. 11. q. 2. dum ait, solere Pontificè causas delegare Canonicis Cathedralium, non minùs, quàm alijs clericis constitutis in dignitate, contra Dominic. & Ancharranum, qui melius id negabant, quoad conseruatores Apostolicos.

Quod notabiliter ampliabis, vt procedat, etiamsi Canonicus iurisdictionem exercent, & excommunicationem ferre possit, veluti quando antiquior de capitulo, vel Archidiaconi facit officium in terminis iuris communis, vel Decani secundum hodiernam consuetudinem, adhuc enim dignitatem gerere, dici non potest, vt docuit Innocentius in cap. *de multa*. numer. 6. versiculo, *Nam possit esse*, de præbend. quem sequuntur ibi Ancharranus, Immola, & Annania, & alij, quos refert Patianus numer. 100. cum sequentibus, vbi proximè idem resolventes post Domin. & Federicum de Cenis in canonico,

cui

**C. Statutu  
de rescrip.  
in 6.****Felin.  
Patian.  
Azor.**26.  
**Fabric.**

27.

**C. de mul-  
ta de præ-  
bend.  
Anchar.  
Immol.  
Annan.  
Patian.  
Dominic.  
Feder.****L. Mune-  
rum. ff. de  
minorib.****Card. Pa-  
leot.  
Azeuedo.****L.  
m  
m****L.  
dit  
L.  
me  
L.  
Et  
bra  
Pe****C.  
con  
Do  
Ba**



cui ex consuetudine competit excō-  
municare, vel capellanas conferre.  
Neque obstat argumentum, quo cō-  
trarium probare nituntur idem An-  
charran. in *Clementina* 1. in principio  
de præbend. Abb. in d. cap. *de multa*,  
n. 21. versic. *Sed pro certo*, quorum au-  
thoritate cogitandum relinquit Pa-  
tianus nu. 13. suprâ citato loco, quod  
non nomen, sed substantiam rei oportet  
inspicere ad dignoscendum cuius-  
que rei substantiam, iuxta regulam  
textus in l. 2. *C. Communia*, delegatis  
in fine, cum alijs, de quibus Mantica  
de coniecturis vltimarum vol. lib. 1.  
tit. 1. n. 4. Nam respondetur substan-  
tiam rei iudicandam esse ex eaque-  
litate, quæ ipsi propria, & intrinseca  
est, non verò ex eo, quod est accidē-  
tarium, & ei non conuenit iuri pro-  
prio, & sine quo rei substantia salua  
manet, iuxta vulgarem accidentis dif-  
finitionem, de qua notant nostri per  
textum ibi, in l. *In venditionibus*. 9. &  
l. *Quod tamen*. 14. & in lege *Paeta*  
*conuenta*. 72. ff. de contrahenda emp-  
tione: explicat ex nostris Petrus Gre-  
gor. in sintaxi artis mirabilis lib. 1. c.  
4. & de iuris arte, cap. 36. Quare cum  
Canonicus antiquior, vel ex speciali  
consuetudine iurisdictionem habeat,  
vt supponimus, non autem ratione  
ipsius Canonicatus, necessario resol-  
uendum est non censerî constitutum  
in dignitate licet per accidens ei cō-  
petat iurisdictione.

Vnde ex auctoritate Glossæ ver-  
bo *Abbas*, in cap. *à subdiacono*. 93. dist.  
notat Domin. in d. cap. *vlt.* de officio  
delegati in 6. & Bald. in dicto cap. *Pa-*  
*storalis*. eodem titulo, quod *Abbas*,  
qui conuentui præest non solum alijs  
clericis simplicibus, sed etiam Cano-

nici Cathedralium debet anteferri,  
A cum *Abbas* in dignitate dicatur con-  
stitutus, non ita Canonici ex proxi-  
mè resolutis; merito ratione dignita-  
tis debet Abbatem præcedere, tam  
in processionibus, quàm in alijs simi-  
libus non solum clericos, sed etiam  
Canonicos. Confirmâtes ex aucto-  
ritate text. in cap. *de Iudicijs*, ibi, *Epis-*  
*copi, Abbates, Archidiaconi*, & melius  
legit Glossa, & ex integra reponit  
Antonius August. non verò Archie-  
piscopi, vt vulgares habent Codices:  
B quibus verbis dum Pontifex statim  
post Episcopos ante Archidiaconos  
recenset Abbates, significat non solum  
clericos, & Canonicos, sed etiam dig-  
nitates præcedere Abbatem, cum alijs,  
ex quibus ita constanter tenet Ant.  
Fabricius titul. de iure patronatus, &  
alijs beneficiorum iuribus n. 17. Sed  
melius idem Domin. in cap. *Quan-*  
*uis*, vers. *Quanquam*, de præbend. in 6.  
& post eum Felin. à n. 9. Decius à n. 4.  
in d. cap. 2. de iudicijs, & omnium la-  
tissimè ad vtrâque partem disputans,  
C Cassaneus in cathalogo gloriae mun-  
di, p. 4. consideratione 32. per totâ, &  
ante eum Boerius in tract. de autho-  
ritate magni Concilij, n. 67. cum se-  
quētib; & alij, quos referunt, & se-  
quuntur Fuluius Patianus d. c. 27. à  
n. 97. & 106. Azord. q. 16. explicant  
doctrinam illam procedere, quando  
Canonici incedunt, vt singuli, non ita  
collegialiter, vt in processionibus, tunc  
Ecclesiam ipsam cathedralem repræ-  
sentant, ac subindè quemadmodum Ec-  
clesiæ cathedrali, maior debeat honor,  
D quam omnibus, iuxta rationem  
text. in d. versic. *Quanquam*, ita etiam  
Canonici, qui eam repræsentant, &  
vnum corpus cum Episcopo consti-

Anchar.

Abb.

L. 2. C. Cō-  
mun. de l.  
Mantic.L. in ven-  
ditionibus  
L. Quod ta-  
men.L. Quod pa-  
eta. ff. con-  
trab. emp.  
Pet. Greg.28.  
C. a subdia-  
cono. 93. d.  
Dominic.  
Bald.C. 2. de iu-  
dic.Ant. Au-  
gust.Fabric.  
Dominic.Felin.  
Decius.

Cassaneus

Boer.

Patian.  
Azor.



tuunt, reliquas alias Ecclesias, & earū praelatos debent antecedere.

Sed præhabito quod Canonici ratione dignitatis locum non habeant in nostra Ecclesiastica Hierarchia; restat inquirendum, vtrum ratione beneficij, vt supra tetigimus in 2. q. proœm. §. 4. n. 11. in illa numeretur. Quare vt ab exordio incipiamus, sciendū est primò, quid sit præbenda, quid canonia, & in quibus consistant. Præbenda verò vel accipi potest latissimè, vel latè, vel strictè. Latissimè pro qua

29.

cunque parte fructuum ecclesiasticorum, quæ vel sacerdotibus, & alijs clericis in stipendium ministerij spiritualis datur, vel etiam quæ laico tribuitur in stipendium ministerij temporalis, veluti magistro grammaticæ, iuxta text. in cap. vlt. de magist. aut musicæ, vel simbalistæ, vel procuratori, aut syndico, aut æconomio, in què sensum intelliges veram sententiā Glossæ in cap. Cū M. verb. *receperunt*.

Ca. vlt. de magist.

Gloss. cap. cum M. de const.

Gloss. reg. 1. lib. 6.

Paul. de Roman.

Tusc.

Pet. Greg. Quintan.

Hoied. Vicent.

Brilenz.

Garc. Falchon.

Gonsal. Soar.

Nauar. Durant.

de constit. & Gloss. 1. in regul. 1. lib. 6. dum inquirunt laicos præbendam habere posse; debet intelligi de hac præbenda temporali, vt explicat Paul. de Rom. de pension. c. 3. n. 5. & Cardin. Tusc. lit. P. concl. 469. Petr. Greg. rei beneficiariæ, c. 12. n. 15. Quintanad. ecclesiast. lib. 1. c. 3. n. 7. Hoyeda de in cõpatib. benef. 1. p. n. 12. & 18. Vicent. n. 2. & 3. Brilenz. cõs. 36. n. 20. Garc. de benef. 1. p. c. 1. n. 8. Garc. Falconius reg. 38. Gonsal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 1. n. 6. Soar. de relig. tom. 1. de simon. lib. 4. c. 24. n. 21. & hinc non teneri laicos, qui talè percipiunt præbendam horas canonicas recitare, notant Doctores communiter, teste Nauar. de hor. canonic. c. 7. n. 26. Durant. de ritib. eccles. lib. 3. c. 22. n. 1.

Secundò latè scilicet accipitur præbenda pro stipendio, quod datur ministris spiritualibus, atq; ita generaliter pro quocūque modo, id est pro quocūque ecclesiastico beneficio, vt cõstat ex cap. 1. & 2. de concess. præbend. & per totū titul. in quibus Pontifex promiscue vtitur hoc nomine præbendæ pro beneficio, & vno pro altero, passim vsurpari solet, & adduci etiam text. in cap. Cū in Ecclesijs. 33. de præb. in 6. sed non satis probat, sed aliud diuersum, vt statim notabimus: ita post Selu. Felin. Rebuf. & alios obseruant Gonsal. n. 3. & Garc. n. 9. proximè citatis locis.

Tertio, & strictè accipitur præbenda pro fructibus beneficij, qui præbentur alicui, tanquam vni de collegio, veluti canonico ex titulo, & ratione sui canonicatus, & in hunc sensum canonia dicitur mater præbendæ, & præbenda pendere à canonia, quia non debet canonicus carere præbenda, vt inquit text. in cap. Relatum. 9. in fine de præb. & in cap. Cum super, in fine de concess. præb. atque ita in hunc sensum præbenda, & beneficium distinguitur, tanquam genus, & species, quia beneficij appellatio cõplectitur omnes alios beneficiorum titulos, ex quibus ratione officij spiritualis clericis cõpetit ius percipiendi redditus ecclesiasticos, iuxta beneficij definitionem, quam supra quæst. 2. proœm. expendimus. At verò præbenda strictè, & in specie accipitur pro iure illo, quod competit canonico ad percipiendas distributiones, & alios redditus ecclesiasticos ratione sui canonicatus; & ita intelligitur text. in d. c. Cū in Ecclesijs, de præb. in 6. quatenus præbenda ponit tanquā quid diuersū à bene-

30.

Cap. 1. & 2. de concess. præb.

C. Cum in Ecclesijs. de præb. in 6.

Selu.

Felin.

Rebuf.

Gonsal.

Garc.

31.

C. Relatum. 9. de præb.

C. Cum super de concess. præb.

32.

33.



à beneficio: nam beneficium posuit  
tanquam genus, præbendam tanquã  
speciem quandam qualificatam, quod  
magis ostenditur ex text. in c. *Tua*, 32.  
de verb. sign. vbi dubitabatur, vtrum  
appellatione beneficij contineretur  
præbenda, & respondet Pontif. præ-  
bendas, & alia maiora beneficia con-  
tineri; sic manifestè censiens præ-  
bendam esse quandam beneficij spe-  
ciem ab alijs beneficiorum speciebus  
distinctam, & notarunt Hostiens. An-  
char. Cardin. & alij, quos refert, & se-  
quitur Hoyeda d. c. 12. n. 1. Garc. Gõ-  
sal. & alij omnes proximè ante eos ci-  
tati, Alex. Scot. verbo *præbenda*, & me-  
liùs quam cæteri Rufius, & Ant. Fa-  
ber proximis citatis locis. Cum ergo  
præbenda triplicè hanc inuoluat sig-  
nificationem, seu denominationem,  
non immeritò inter analogã recen-  
sentur à pluribus, quos refert, & se-  
quitur Alex. Raudens. de analog. iur.  
lib. 1. & 6. n. 29. & latius eandem do-  
ctrinam prosequuntur, & explicant  
Hoyeda, Garc. Gõsal. & Rissius dictis  
locis.

Ex quibus certum est præbendam  
& latè, & stricte, non verò latissimè  
sumptam vere, ac proprie beneficium  
esse ecclesiasticum: probatur ex dictis  
iuncta vera & receptissima beneficij  
ecclesiastici definitione: quæ licet va-  
riè & multipliciter à Doctoribus tra-  
datur, vt latissimè refert plures, alijs  
improbant definitiones, Selua p. 1. q.  
11. & alij adducti à Garc. d. p. 1. c. 2. à  
principio, & per totum, vbi tandem  
peiores sequitur ex Corraf. 1. p. c. 2.  
n. 1. & Card. Tolet. in sum. lib. 5. c. 77.  
dum illic definiēbat beneficium esse  
ius percipiēdi redditus ecclesiasticos  
propter officiū ecclesiasticæ personæ

competens: quæ valdè diminuta est, quia  
competit capellanis remouilibus. &  
vicarijs non perpetuis (vulgo *Curas*)  
& similibus, qui propriè non dicuntur  
habere beneficium ecclesiasticum, vt  
suprà diximus in 2. q. procemiali §. 4.  
& statim dicemus, tum etiam quia ec-  
clesiasticæ personæ potest compete-  
re ius perpetuū percipiendi redditus  
ecclesiasticos, quod tamen beneficiū  
ecclesiasticum propriè non sit. Et ideo  
melius & perfectius definitur com-  
muniter beneficium ecclesiasticum,  
quod sit ius perpetuum, quia hoc est  
vnum & præcipuum requisitum sub-  
stantiale beneficij ecclesiastici, vt sit  
perpetuum quoad ipsam accipientē,  
iuxta text. in cap. *Sanctorum*. 70. dist.  
ibi, *In qua Ecclesia quilibet intitulatus  
est ibi perpetuo perseueret*, & in cap. 1.  
iuncta Glossa verbo *perpetui*, de ca-  
pellis monachorum lib. 6. vbi optimo  
simili confirmat de matrimonio car-  
nali, iuncta regula, & ratione text. in  
cap. 2. de transl. prælat. cum simili-  
bus, & quæ latissime Euerard. in to-  
picijs legalib. loco 33. atque ita de es-  
sentia beneficii esse, quod sit perpe-  
tuum, quoad accipientem, meritò re-  
soluunt Doctores cõmuniter, vt cõ-  
stat ex Staphil. Ludou. Gom. Gãbar,  
Duaren, Quintanad. Nau. Gõsal. &  
in finitibus alijs relatis à Garc. d. 1. p. c. 2.  
à n. 65. 69. 70. 78. & reliquis omnibus  
statim referēdis, qui cõmunè sequū-  
tur definitionē. Licet ipse Garc. friuo-  
lis fundamētis à cõmuni recedat: nã  
primum, quod beneficia regularia, &  
manualia, id est ad nutū remouebilia  
sint, propriè tamē sunt beneficia; fal-  
sū est ex supradictis in 2. q. procem. &  
infrà dicēdis, & contra cõmunè sent.  
ex auctōribus, quos idē refert Garc. ibi

Cap. *Tua*.  
32. de ver-  
bo. sign.

Hostiens.  
Anchar.  
Cardin.  
Garc.  
Gõsal.  
Alex. Scot.  
Rissius.  
Faber.

Al. Raud.

Hoyeda.  
Garcia.  
Gõsal.

34.

Selua.  
Garc.

Corraf.  
Tolet.

35.

Cap. *San-*  
*ctorum*. 70  
dist.

Cap. 1. di  
capell. mo-  
nach. lib. 6

Cap. 2. de  
transl. præ-  
lat.  
Euerard.

Staphil.  
Lud. Gom.  
Gãbar.  
Duaren.  
Quintan.  
Nauar.  
Gõsal.  
Garc.



n.78. Aliud verò quod beneficiū à Pa-  
pa cōcedi possit ad tēpus, iuxta text.  
in cap. *Si gratiose*, de rescript. in 6. &  
quæ de materia tradit Cou. lib. 3. re-  
solut. cap. 16. n. 2. Flamin. Parisius de  
confidentijs beneficior. q. 18. n. 4. ni-  
hil concludit contra nostram benefi-  
cij definitionem, & regularem bene-  
ficij naturam; cum Papa in beneficia-  
libus omnia possit, iuxta text. in cap.  
*Proposuit*, de concess. præb.

36.

Dixi, percipiendi redditus eccle-  
siasticos propter officium spirituale,  
vt ostenderem in duobus beneficium  
consistere; in officio scilicet spiritua-  
li, & in iure percipiendi redditus ec-  
clesiasticos propter illud, iuxta text.  
in cap. *ult.* de rescript. in 6. vbi in hunc  
sensem ait, beneficium dari propter  
officium. Atque ita in effectu defini-  
unt scribentes communiter, tam an-  
tiquiores, quam recentiores, vt post  
eos explicant Hoied. d. 1. p. in præfa-  
tione, n. 2. Quintanad. lib. 1. c. 3. Azor  
tom. 2. mor. inst. lib. 3. c. 1. q. 2. Lessius  
de iust. lib. 2. cap. 34. à n. 1. Anton. Fa-  
bric. in praxi beneficior. in præludij  
p. 2. à n. 20. à qua definitione non dif-  
fert longa & prolixa illa, quam tradit  
Pet. Gregor. syntagm. iur. lib. 17. c. 2.  
& rei beneficiariæ, c. 6. n. 5. Nec alia  
quam tradit Soar. d. lib. 4. de Simonia  
cap. 24. n. 1. quod sit eius perpetuum  
administrandi spiritualia, & percipiē-  
di temporalia: licet enim enim bene  
explicet præcipuum in beneficio esse  
ius administrandi spiritualia, & ex hoc  
iure dependere aliud percipiendi tē-  
poralia; in effectu tamen conuenit cū  
communi; quæ substantiam beneficij  
constituit in illis tribus, quod sit ius  
perpetuum percipiendi ecclesiasti-  
cos redditus, propter officium spiri-  
tuale.

Cap. *Sigra-  
tiosa, de re  
script. in 6.  
Cou.  
Flamin.*

Ca. *ult. de  
rescr. in 6.*

Hoied.  
Quintan.  
Azor.  
Lessius.  
Fabric.

Pe. Greg.

Soar.

Quo supposito, iam fit manifestū:  
A quod præbenda siue latè, siue strictè  
sumpta, vere & propriè beneficium  
est ecclesiasticum, non ita si latissimè  
accipiatur: nam siue latè accipiatur  
pro ea parte fructuum, quæ ecclesia-  
sticis personis datur propter officium  
perpetuum spirituale, siue etiam stri-  
ctè, proportione, quæ datur Canoni-  
co ratione sui canonicatus; conue-  
niunt, & reperiuntur in ea tria illa re-  
quisita, quæ ad beneficij substantiam  
diximus esse necessaria: at verò si la-  
tissimè accipiatur, proportione, quæ  
datur laico ob aliquod temporale mi-  
nisterium, deficit illud vltimum, quod  
competat propter spirituale officiū.  
B Vnde beneficium ecclesiasticum dici  
non posse benè ex communi conclu-  
dit Quintanad. d. lib. 1. cap. 3. nu. 9. &  
reliqui omnes suprà adducti post glos-  
sam in d. cap. *Cum M.* Et per contra-  
rium strictè sumptam præbendam ve-  
nire appellatione beneficij ecclesia-  
stici respondit Pontifex in d. cap. *Tua.*  
82. de verbor. sign. tum in decisione,  
C tum in illis verbis, *præbenda, & alia be-  
neficia*: dictio enim illa, *alia*, repetit  
eandem qualitatem, iuxta doctrinam  
Glossæ, verbo, *alia*, in leg. *Si fugitiui*,  
Cod. de seruis fugit. recepta ex Tira-  
quel. & infinitis alijs, quos plenè re-  
fert Gonsal. gloss. 3. à nu. 21. quibus  
adde Peregrin. de fideicom. art. 16. à  
n. 21. & plenissimè Cened. post quest.  
canonicas singulari 4. à principio, &  
per totū, & notant in terminis Paul.  
de Rom. de pensionib. c. 7. n. 22. & alij  
de quibus Garc. & Falcon. regul. 38.  
D Gridensonus conf. 81. n. 5. Gonsal.  
d. §. 1. nu. 3. Garc. d. p. 1. cap. 1. n. 8. &  
reliqui omnes supracitati post Gloss.  
d. verb. *repperunt*.

Vnde

Quintan.

Gloss. in l.  
si fugitiui.  
C. de seru.  
fugit.  
Tiraq.  
Gonsal.  
Peregrin.  
Cened.  
Paul. de  
Rom.  
Falcon.  
Gridens.  
Garc.



38.

Vnde apparet resolutio illius quæ-  
stionis: Vtrum in mandatis de prou-  
dendo, quia Pontifex iubet alicui sim-  
pliciter de beneficio prouideri, com-  
prehendantur præbende Ecclesiæ Ca-  
thedralis, quæ scilicet canonicales di-  
cuntur? partem affirmatiuam dedu-  
cunt multi ex dictis, & ex d. cap. *Tua*,  
vt proximè induximus, quatenus re-  
soluimus præbendam stricte sumptâ,  
vere & proprie beneficium esse ec-  
clesiasticum, atque ita ex vi talis man-  
dati de prouidendo simpliciter de  
beneficio, comprehendi etiam præ-  
bendas, & de ea prouideri posse, pro-  
bare videtur efficaciter text. in c. *Pro*  
*illorum. 22. de præbend. vbi simplici-*  
*ter Pontifex de beneficio prouideri*  
*mandauit, & nihilominus decidit,*  
*prouideri potuisse ex vi talis manda-*  
*ti de canonicatu, & præbenda: atque*  
*ita hanc partem tenent Cardin. &*  
*alij, quos refert Garc. d. 1. p. cap. 6.*  
*num. 54.*

C. *Pro il-*  
*lorum. 12.*  
*de præb.*

Cardin.  
Garc.

39.

Contrariam tamen negatiuâ par-  
tem, quod vbi Pontifex simpliciter  
mandat prouideri de beneficio, non  
contineatur præbenda canonicalis,  
neque de ea valeat prouideri; tenent  
Doctores communiter, vt testatur, &  
sequitur Abb. in cap. vlt. n. 6. de præ-  
bend. Felin. in cap. *In nostra*, n. 46. de  
rescript. Paceus de mādatis Apostol.  
5. p. nu. 105. Corras. de sacerdot. 1. p.  
cap. 5. n. 4. Quintanad. lib. 1. c. 3. n. 14.  
& eos sequitur Garc. d. cap. 6. à n. 51.  
Qui omnes ea ratione mouentur,  
quia licet canonicatus, & præbenda  
ex proprietate sermonis continean-  
tur appellatione beneficiorum: Ca-  
nonia & præbenda canonicalis fit  
honorabilior, & maximæ præeminē-  
tiæ, vt ex auctoritate text. in cap. *Sta-*

Abb.  
Felin.  
Paceus.

Corras.  
Quintan.  
Garc.

*tutum*, in principio de rescript. in 6.  
A docet Innocent. in cap. *Sedes*, eodem  
tit. & omnes vbique; & mandata de  
prouidendo ambiciosa, & ideò restrin-  
genda censeantur, vt diximus in par-  
te præced. merito ex defectu inten-  
tionis in mandato simplici, ad prou-  
dendum de beneficio non veniunt  
præbendæ, canonicatus, dignitates,  
& alia maiora beneficia, vt decidit  
text. in cap. vlt. de præbend. & in cap.  
*Quauis. 4. vers. Quamquam*, eo titulo  
in 6. Atque ita hac posteriori, & com-  
B muni resolutione retenta facile sol-  
uitur primum argumentum in con-  
trarium ex nostra principali resolu-  
tione: nam respondebis quod licet  
præbenda ex sermonis proprietate  
contineatur appellatione beneficij,  
non ita in materia odiosa, ex defectu  
intentionis. Decisio verò text. in d.  
cap. *Tua*, de materia agit longè diuer-  
sa, de gratia scilicet percipiendi fru-  
ctus beneficiorum vacantium, quæ  
non ita ambiciosa est, & restringibilis,  
sed magis fauorabilis, vt bene expli-  
C cat post Abb. & alios Paceus d. p. 5.  
n. 90. Ad text. vero in d. cap. *Pro illo-*  
*rum*, bene respondet Abb. procedere  
ex eo, quia non simpliciter Pontifex  
de beneficio prouideri mandauit, sed  
cum adiectione de beneficio compe-  
tenti, vt ex litera apparet, quod intel-  
ligitur secundum qualitatem personæ  
in cuius fauorem emanauit, ex nota-  
tis ad leg. *Nepos proculo*, ff. verb. sign.  
Vnde si canonicatum mereatur, de  
eo merito esse prouidendum, notat  
D communis.

Limitabis tamen cum eodē Abb.  
Paceo, & communi, non procedere  
hanc resolutionem in Ecclesia, in qua  
alia non sunt beneficia, nisi præbende,

Kk 4

tunc

C. *Statuū,*  
*de rescrip.*  
*in 6.*  
Ca. *Sedes,*  
*ead. tit.*

Cap. vlt.  
*de præb.*  
C. *Quauis*  
*ead. tit. in*  
*6.*

40.

Paceus.  
Abb.  
41.

L. *Nepos*  
*ff. verb. sig.*

42.



tuuc enim ne mandatū maneat otio-  
sum, & sine effectu, licet simplex sit,  
vt prouideatur de beneficio, poterit  
de præbenda prouideri ex generali  
reg. text. in cap. *In his*. 30. vers. *Cum*  
*autem*, de priuileg. & quæ eius argu-  
mento tradunt Menoch. libr. 4. præ-  
sumpt. 173. n. 15. Mantic. de coniect.  
lib. 3. tit. 6. per totum, Soar. de legib.  
lib. 8. cap. 28. à n. 2.

Ca. *In his*.  
30. de pri-  
uileg.  
Menoch.  
Mantic.  
Soar.

43. Deueniendo igitur ad canoniam  
resoluendum est præbendam siue la-  
tè sumptam pro quocunque ecclesia-  
stico beneficio, siue etiam stricte, &  
in specie pro præbenda canonicali, ab  
ipsa canoniam, seu canonicatu longe  
differre: de primo præbenda, scilicet  
latè sumpta manifestum est, quia di-  
citur de quacunque portione reddi-  
tuum ecclesiasticorum, quam clerici  
percipiunt ratione officij spiritualis,  
atque ideò recte hæc duo stant, quod  
clericus percipiat præbendam in hoc  
sensu, & tamen canonicus non sit, vt

Cap. 2. de  
institut.

docet Innocent. in cap. 2. in fine de  
institut. *Neque ad electiones, & alia ca-  
nonicalia officia vocari debeat.* De secū-  
do præbenda scilicet stricte sumpta  
ostenditur, quia diximus canoniam  
esse matrem præbendæ, & præbendā  
velut filiā nasci à canoniam, quod aliis  
verbis explicat Glossa in d. cap. *Cum*  
*M.* verbo, *receperunt*, de institut. aiens  
canoniam esse ius, quod peruenit ex  
electione, & receptione in canonicū,  
præbendam verò esse ius, quod pro-  
uenit ex officio canonicatus, quia ex  
eo quod officium gerit canonicale ei  
debetur præbenda, & in simili dixit  
text. in cap. *ult.* de rescript. in 6. quod  
propter officium datur beneficium:  
sed breuius explicat Cardinal. in *Cle-  
mentina ultim.* n. 14. de præbend. dum

Clemētīn.  
ult. de præ-  
bend.

ait, canoniam esse ipsum officium spi-  
rituale, ad canonicum pertinens, scili-  
cet canere in choro, propter quod in  
ipso choro datur stallus, & vocem  
ferre in capitulo; at verò præbendam  
esse ius ab eo officio spirituali depen-  
dens ad percipiendos ecclesiasticos  
redditus; sequuntur eandem resolu-  
tionem Doctores communiter in eo-  
dem cap. *Cum M.* teste Hoyed. de in-  
cōpatibilit. 1 p. c. 12. n. 1. Quintanad.  
lib. 4. n. 119. latè Gonsal. Gloss. 5. §. 1.  
à num. 15.

Hoied.  
Quintan.  
Gonsal.

B Vnde consequēter deducitur, quod  
licet præbenda canonialis, quatenus  
canonicatui annexa est vere & pro-  
prie beneficium sit ecclesiasticum,  
quia ei competunt ea omnia, quæ ve-  
ram, & perfectam beneficii substan-  
tiam constituunt, vt supra explicauim-  
us, ita è conuerso canonicatus si  
præbenda careat beneficium eccle-  
siasticum dici non potest, siquidē de-  
ficit vna ex pluribus, quam diximus  
ad beneficii substantiam esse neces-  
sariam, ius scilicet percipiendi reddi-  
tus ecclesiasticos, atque ita videtur  
expresse probare text. in cap. *In no-*

44-

C *stra*. 32. de rescript. ibi, *Aliquando in*  
*alijs recepti, licet non dum in eis ecclesia-*  
*sticum beneficium sint assequuti.* Aperrè  
enim agit de illis, qui ex vi mandati  
Apollolici in canonicos iam fuerunt  
recepti, & tamen clarè ait adhuc be-  
neficium ecclesiasticum assequutos  
non esse, ergo probat canonicos, qui  
præbendam non habent, beneficium  
ecclesiasticum non habere, notauit

Cap. *In no-*  
*stra*. 32. de  
rescript.

D Abb. ibi notabili 2. Barbat. n. 28. Fe-  
lin. in principio, & multis rationibus,  
latè comprobat Rota noua. 26. à prin-  
cipio, & per totam de præbendis, &  
post eam Anton. Fabric. in praxi, &  
theori-

Abb.  
Barbat.  
Felin.  
Rota.

Fabric.



theorica beneficior. tit. de titulo, & in titulatione n. 9. & n. 21. & n. 34. cum sequentibus.

45. Cui tamen resolutioni grauer obstat text. in cap. *Dilectus*. 19. in fine de præbend. dum expresse probat recepto in canonicum, antequam ei præbenda conferatur quandiu præbendâ expectat, distributiones quotidianas, sine diminutione qualibet esse assignandas, vbi notauit Innoc. Abb. & alij communiter, vt post Bernardum Diaz, & alios, testatur Hoyeda d. cap. 12. n. 7. facit text. optimus in eodem cap. *cum M.* de constitut. vbi receptis quinque in Canonicos sine præbendis decidit Pontifex super ex crescentes redditus esse assignandos; comendant Doctores communiter ibi, & post Abb. nu. 29. notat, & latè explicat Ripa ibi n. 186. ergo Canonici, qui præbendam non habent, nõ idè dicendi sunt, non habere beneficium ecclesiasticum, quia redditus ecclesiasticos non percipiunt. Imò ex hac ipsa ratione, & quia Canonici sine præbenda, nomine, titulo, & honore, & commodo canonici sunt, verè beneficiatos esse, beneficium habere, & canonicatum sine præbenda venire appellatione beneficij contèdunt Archid. & alij antiquiores, quos refert, & latè explicat Rota d. decis. 26. à num. 5. Ludouic. Roman. & alij, quos sequitur additio ad Abb. d. notab. 2. & secure tradit, licet non ita explicet ex alijs Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. n. 102.

46. Neque vim argumenti effugiunt Doctores, dum ad varias distinctiones, & solutiones recurrunt, quas latè prosequitur ex antiquioribus Anton. Fabric. vbi proximè à nu. 24. ali-

quando negantes absolutè supernumerarios, dum præbenda carent, frui commodo aliquo, vel honore, argumento text. in l. 1. §. *Quod autem*, C. de Collegiatis lib. 11. & quæ eius argumento post Bart. & alios notauit Anton. Corcet. singulari verbo supernumerarius: alij verò concedunt distributionibus frui posse in Ecclesiis, vbi non est certus Canonorum numerus, & præbendarum, non ita vbi numerus earum fuerit distinctus; qui apertè loquuntur contra d. cap. *cum M.* vt contra Rotam benè expèdit Fabric. eod. n. 24. vbi nu. 25. benè improbat aliorum distinctionem inter receptos mandato, & autoritate sedis Apostolicæ; & inter receptos sola capituli auctoritate: alii tandem contendunt, quod licet simpliciter admittamus hos gaudere distributionibus quotidianis, non idè sequitur, vere esse beneficiatos; quia distributiones illas capiunt, non ratione canonicatus, aut tituli beneficialis, sed propter impensas operas, & ratione seruitij; seu interessentiæ personalis, iuxta text. in cap. *ult.* de præb. & in cap. *unico* de clericis non resid. lib. 6. cum aliis, de quibus Cou. lib. 3. resolut. cap. 16. n. 1. Gutier. canon. lib. 2. cap. 15. n. 9. & 12. ita Rota n. 1. Fabric. n. 35. proximè citatis locis: Sed conuincitur, quia licet distributiones dentur solùm interessentibus, labor tamen hic, & interessentiæ titulum ipsum canonię necessario supponit, neque enim cui libet interessenti, sed canonicis interessentibus præstantur, & idè tanquam principale fundamentum percipiendi distributiones, considerant Pontifices in d. cap. *cum M.* & in d. cap. *Dilectus*, quod in Canonicos

L. 1. C. de Colleg. lib. 11.

Cap. ult. de præb. Cap. unic. de cler. nõ resid. Cou. Gutier. Rota. Fabric.



cos recepti sunt. Minus etiam satisfacit alia solutio, quam idem Fabric. excogitavit, quod canonicatus sine præbenda, ius perpetuum non tribuit, quippe quod adepta præbenda extinguatur, seu cum iure nouo præbendæ inhærenti commutetur; hoc enim totum negamus, quia veritas est titulum canoniæ perpetuum esse, quod cum recepto in canonicum nascitur, & desinit cum defuncto, ut ait text. in cap. *Dilecto*. 25. vers. *Præterea*, de præbend. superueniens verò præbenda non nouum titulum inducit, neque operatur, ut de titulo ad titulū transeat Canonicus, sed ius præbet ad percipiendos redditus cum integritate præbendæ, & totius iuris canonicalis, ut supra ostendimus.

C. *Dilecto*  
de præb.

47.

Cap. *In no*  
*stra*.

Ad text. verò qui magis urgere videbatur in d. c. *In nostra*, dum probat receptos fuisse illos quinque in Canonicos, & tamen adhuc beneficium ecclesiasticum assequutos non esse, respondetur non negare Pontificem receptos in canonicos vere esse beneficiatos, sed nomine beneficii utitur pro præbenda: nam hæc duo sinonima esse diximus supra in principio, ut sit sensus receptos esse in canonicos, sed adhuc præbendam non esse assequutos, ut apertius explicat text. in d. cap. *Dilectus*. 19. de præb. ibi, *Receptus in canonicum præbenda beneficio defraudetur*, quasi id quod in d. cap. *In nostra*, simpliciter beneficium dicit, idem sit atque præbendæ beneficium, iuncto d. cap. *Relatum*, de præbend. & d. cap. *Cum super*, de concess. præbend. ubi simpliciter dicitur, quod receptus in Canonicum præbenda carere non debet; vnde apparet præbendam aliquando, aliquando

præbendæ beneficiū, aliquando simpliciter beneficium hoc ipsum appellari.

Et hinc iam apparet rectè Doctores communiter ad cap. *Statutum*, in principio de rescript. in 6. adnotasse canonicum, etiam si præbenda careat delegatum sedis Apostol. fieri posse, quia si verè canonicus est nomine, honore, præminetia, & commodo, ut diximus, nihil impedit, quod delegatus sedis Apostolicæ esse valeat, iuxta decisionem text. in eodem cap. *Statutum*. Ex quo notant Ioan. Andr. & Anchar. quos refert, & sequitur dicta decisio Rotæ. 26. n. 5. in fine. Staphil. de lit. grat. tit. de formis expectatiuar. form. 1. n. 2. & 5. comprobatur Ludou. Gom: de expectatiuis, n. 38. imò licet daremus sine præbenda verum non esse beneficiarium, neq; distributionibus quotidianis gaudere, nihil id poterit impedire effectum illum delegationis Apostol. quando procedit ex commodo præbendæ, sed ex præminetia, & honore canoniæ, quæ sine præbenda perfecte canonicum obtinere resoluunt omnes proxime citati, & bene considerat præ alijs Gomez à n. 33. licet canonicum non esse scribat Lel. Zech. de Repub. *Zech.* Eccles. tit. 24. quæ de Canonicis scripsit n. 2. ad medium.

Hinc etiam retenta nostra sententia contra communem rectè sequitur falsum docere eos, qui tenent canonicos, dum præbendam non habent non teneri ad horas canonicas recitandas, ut post Roman. & Cardinal. post alios bene infert Azor. p. 2. lib. 3. cap. 11. q. 4. & 5. Nam cum ex dictis constet vere beneficiarios esse, licet præbenda careant, à recitandis horis

D

48.  
Cap. *Saturni*  
sum. de rescript. ius.

Ioan. Andr.  
Anchar.  
Rotæ.  
Staphil.

Lud. Gom.

Zech.

49.

Roman.  
Cardin.  
Azor.

cano-



canonicis minime debeant excusari ex resolutis supra.

50. Dixi hæc procedere attento rigore disputationis, quia ex consuetudine iam receptum esse, testantur Rota, Staphil. & Gom. proximè citatis locis, quos sequitur Zerola in praxi, verb. *beneficia*, §. *Ad dignitatem*, vers. *præbenda*, canonicos sine præbenda, neque veros esse canonicos, neque vlllo honore, aut commodo distributionum gaudere, neque subindè delegatos Apostolicos constitui posse, aut in usu esse. Quibus suppositis sequitur consequenter verè non esse beneficiarios, & supposita tali consuetudine intellige procedere opinionem negatiuam, quod canonicus sine præbenda beneficium non habet, licet eius auctores ex rigore iuris eam defendere nitantur.

DISPUTATIO XIII.

De dignitatibus non cathedralibus.

**H**Xtra Ecclesias verò cathedrales nonnullæ etiam reperiuntur dignitates Ecclesiasticæ, de quibus erit præsens disputatio.

§. I.  
De Prioribus.

SUMMARIUM.

1. *Priores in duplici sunt differentia.*
2. *Qui dicantur Priores seculares?*
3. *Priores regulares aut sunt conuentuales, aut claustrales.*
4. *An Priores conuentuales, atque seculares propriè dignitatem habeant?*

5. *Vtrum Priores huiusmodi iudices de legati constitui possint?*

**D**E Prioribus fit frequens mentio in iure, vt in capit. *Cum Vituriensis*. 25. cap. *Cum causam*. 27. cap. *Sacro sancta*. 51. de electione, & in cap. *Nisi essent*, de præbend. & in duplici sunt differentia, seculares alij, alij regulares: seculares sunt personæ principales, quæ in Collegiatis Ecclesijs toti præsunt Canonico collegio, vt colligitur ex subscriptione text. in cap. *vtim*, de Maiorit. & in nostra Lusitania manifesta sunt exempla in Prioribus de *Ourem*, *Guimaraës*, *Valença*, & similibus, & istos solos non alios, qui Ecclesijs præsunt non collegiatis dignitates esse comprobant Doctores cõmuniter, vt constat ex adductis à Ful-

uio Patian. d. cap. 16. à n. 65. *Cum Vituriensis*. 25. cap. *Cum causam*. 27. cap. *Sacro sancta*. 51. de electione, & in cap. *Nisi essent*, de præbend. & in duplici sunt differentia, seculares alij, alij regulares: seculares sunt personæ principales, quæ in Collegiatis Ecclesijs toti præsunt Canonico collegio, vt colligitur ex subscriptione text. in cap. *vtim*, de Maiorit. & in nostra Lusitania manifesta sunt exempla in Prioribus de *Ourem*, *Guimaraës*, *Valença*, & similibus, & istos solos non alios, qui Ecclesijs præsunt non collegiatis dignitates esse comprobant Doctores cõmuniter, vt constat ex adductis à Ful-

Regulares autem in duplici reperiuntur differentia alij sunt Conuentuales; alij Claustrales: Conuentuales sunt, qui Ecclesijs regularibus conuentum habentibus præficiuntur, ita vt nullus ibi alius dignior, aut superior sit; de quibus agit text. in *Clementin. §. Caterum*, de stat. monach. Claustrales sunt, qui post Abbatem, seu Priorem principalem eidem conuentui præficiuntur, vt potestate, & opera eorum intra claustrum, velut priorum Vicarii, res communes gubernent: vnde multi, *Vigairos*, appellant; de quibus agit text. in cap. *Cum ad monasterium*, versic. *Prior*, eodem tit. de stat. monach. de vtrisque etiã agit textus notabilis in *Clementina*. 2. de rescript. ex quo iuncta Glossa, verbo *Conuentualem*, deducitur Priores conuentuales, atque seculares dignitatè propriè

Regulares autem in duplici reperiuntur differentia alij sunt Conuentuales; alij Claustrales: Conuentuales sunt, qui Ecclesijs regularibus conuentum habentibus præficiuntur, ita vt nullus ibi alius dignior, aut superior sit; de quibus agit text. in *Clementin. §. Caterum*, de stat. monach. Claustrales sunt, qui post Abbatem, seu Priorem principalem eidem conuentui præficiuntur, vt potestate, & opera eorum intra claustrum, velut priorum Vicarii, res communes gubernent: vnde multi, *Vigairos*, appellant; de quibus agit text. in cap. *Cum ad monasterium*, versic. *Prior*, eodem tit. de stat. monach. de vtrisque etiã agit textus notabilis in *Clementina*. 2. de rescript. ex quo iuncta Glossa, verbo *Conuentualem*, deducitur Priores conuentuales, atque seculares dignitatè propriè

1. *Cum Vituriensis*. 25. cap. *Cum causam*. 27. cap. *Sacro sancta*. 51. de electione. *C. Nisi essent de præbenda*.

2.

*Patian.*

3.

*Clementin. §. cater. de stat. mon.*

*C. Cum ad monaster. de stat. monach. Clement. 2. de rescrip.*

Rota.  
Staphil.  
Gom.  
Zerola.



4. propriè gerere, & subindè iudices delegatos cõstitui posse, non ita claustrales, explicat post alios Rebuff. d. titul. sæculare beneficium quotuplex à n. 4. & tit. regularia beneficia à n. 2. Petrus Gregor. d. libr. 15. cap. 18. à principio, Azor dicto lib. 3. cap. 20. latè Antonius Fabricius titulo de beneficijs cum dignitate à nu. 36. cum sequentibus.

Rebuff.

Pet. Greg.

Azor.

5. Fabric.

## §. II.

## De Abbatibus.

## SUMMARIUM.

- 1 Abbates unde dicantur?
- 2 Abbates non solum in monasterijs, sed etiam in secularibus Ecclesijs reperiuntur.
- 3 Quibus modis reperiuntur Abbates in secularibus Ecclesijs.
- 4 Abbates in dignitate sunt constituti.
- 5 De dignitatum proprietate est quod sit administratio rei ecclesiastica cõ iurisdictione.

I.



DE origine, & ethymologia Abbatum, inquiunt Doctores tractantes, quod ex nomine Hebraico *Abba*, id est Pater, venerationis causa cæperint appellari, & idè etiam *Archimãdrita* dicerentur, ut ait text. in l. *Nos reddentes*, §. *Omnes*, C. de Sum. Trinit. quia Tyrannorum metu in cretum ad siluarum speluncas fugiebant: latè explicant Petrus Gregorius d. lib. 15. cap. 13. à principio, Zechius titul. 25. à n. 1. Fabricius titul. de Maioribus, & minor. benef. à n. 54. vbi à n. 56. rectè aduertit non esse existimandum Ab-

bates in monasterijs duntaxat reperi-

L. Nos reddentes, C. de Summa Trin.

Pet. Greg. Zechius. Fabric.

riri: nam etiam in sæcularibus Ecclesijs extant, vt probat text. in cap. *Ex transmissa*, de Renunciatione. Ex quo ita notauit Rebuffus d. titul. sæculare beneficium quotuplex, num. 5. & latè Azor d. libr. 3. c. 19. per totum, Zechius vbi proximè n. 2. id, quod tribus modis contingere, notant ijdem Auctores, vel quando Ecclesia est collegiata, qui enim ei præficitur, aliquando Prior (vt diximus) nuncupatur, aliquando Abbas, vt per Azor, vbi proximè, vel etiam reperiuntur in aliquibus cathedralibus, vt de Toletana testatur idem Azor, quos inquit nulli præesse Collegio, sed tamen in concessu, & comitatibus prærogatiuam obtinere, atque etiam dignitatis nomen retinere, quod ex eo factum putat, quod huiusmodi Ecclesiæ de regularibus, & conuentualibus monachorum, in cathedrales demigrarunt. Abbatia nomine adhuc retento, vel tertio quando Ecclesia regularis sæcularisatur, id est, fit sæcularis, & regularis esse desinit; remanent enim ibi pristini status reliquiæ, & cum illis Abbatis nomen, & dignitas, vt de pluribus Francia Ecclesijs testatur, & arestis supremi senatus confirmat Fabricius n. 57. cum sequentibus, iuncta litera S. proximè citato loco.

Vnde dubitandum non est Abbatibus in dignitate esse cõstitutos, quod de regularibus, qui scilicet monachorum Collegio præsent, ex dictis manifestum est, cum illi proprie sint, quos nullus alius præcedit, sed Priores ipsos, quos claustrales diximus, præcedunt, vt probat text. in eodem cap. *Cum ad monasterium*, versic. *Prior*, & iurisdictionem habent in suos monachos plenam, quoad ea, quæ regularè obseruan-

2. C. Extraj missa de renunciat. Rebuff. Azor. Zech.

3.

Fabric.

4.

C. Cum ad monaster.



observantiam respiciunt, ut probat text. ubi notant omnes in cap. *Quanto*, de officio ordinarij, atque ideo conveniunt, omnia de dignitatum proprietate; diximus, quod sit administratio rei ecclesiasticæ cum iurisdictione, & in terminis probat text. in cap. *Si quis deinceps*, ibi, *Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus*. 16 q. 7. & in cap. *Vt Apostolica*, de privilegijs in 6. Ex quibus, & Glossa ultima in fine in cap. *Exposuisti*, de corpore vitiatis, resoluunt Doctores communiter, ut post Seluam de benef. p. 1. q. 2. nu. 81. late comprobat Patian. d. cap. 27. à n. 84. cum sequentibus, contrarijs argumentis plenè satisfaciens: & de eorum auctoritate, & iurisdictione vide Germonium lib. 3. de sacrorum immunitat. cap. 9. per totum, & Soar. 4. tomo de Religione, ubi late de Abbatibus loquitur, multa eleganter disputans ad eorum munus, auctoritatem, & iurisdictionem pertinentia.

§. III.

De Plebanis.

SUMMARIUM.

- 1 Plebanus quis dicatur?
- 2 Plebanus sine beneficio non datur.
- 3 Quæ sit Capella, & quid plebania?
- 4 Vtrum plebani dignitatem gerere dicantur?
- 5 Plebanis competit iurisdicção fori pœnitentialis.
- 6 Multi sunt qui existimant Plebanum dignitatem habere.
- 7 An plebani subditos excommunicare possint?
- 8 Plebani nisi Ecclesie præsent collegiata dignitatem non obtinent.

**A** Plebanus, qui, & Archipresbyter ruralis, aut curio, vel decanus dicitur in cap. ult. de officio Archid. & in cap. fin. ne clerici, vel monachi, & in cap. 1. eodem tit. in 6. & in Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. est, qui habet sub se capellas, in quibus clerici perpetui instituuntur, & subsunt plebano; & ab eo sacramenta accipiunt, & eius Ecclesia dicitur plebania, d. cap. 1. eod. in 6. Unde notabis, quod ut quis dicatur plebanus non sufficit, ut habeat altaria in Ecclesia propria, etiã quod dentur in titulum, & sint beneficia Ecclesiastica, & in perpetuum concedantur clericis, in eis institutis, cum sic dicantur Capellaniæ, & non Capellæ, ut dicit Rebuf. tit. sæculare beneficium n. 14. & Zechius d. c. 27. n. 2. Sed oportet, ut sic Ecclesia, & corpus per se subditum ipsi plebano, sic enim dicitur Capella, ut existimant præcitati Doctores. Secundò oportet, ut in ea clerici perpetui instituuntur, ut dicitur in d. cap. 1. Et est probabile, quod debeant esse, etiam curatæ, cum à plebano percipere debeant sacramenta.

**C** Hinc resoluenda est quæstio inter nos satis agitata: Vtrum plebani dignitatem gerere dicantur? & communiter constituunt Doctores in dignitate non esse, quia illi propriè sunt (ut suprà diximus) qui præficiuntur plebibus, seu Ecclesiæ habentibus sub se alias capellas, vel inferiores Ecclesias, ut colligitur ex c. 1. de capell. monac. in 6. & ex d. cap. 1. ne cler. vel monac. eod. Ex quibus deducitur plebanis solam competere iurisdictionem fori pœnitentialis, ut parochis, & ideo à parochis non distingui, scribit Ioannes les.

LI Philesa-

C. Si quis deinceps. 16. q. 7. C. Vt Apostolica, de privilegijs in 6. in fine in cap. Exposuisti, de corpore vitiatis, resoluunt Doctores communiter, ut post Seluam de benef. p. 1. q. 2. nu. 81. late comprobat Patian. d. cap. 27. à n. 84. cum sequentibus, contrarijs argumentis plenè satisfaciens: & de eorum auctoritate, & iurisdictione vide Germonium lib. 3. de sacrorum immunitat. cap. 9. per totum, & Soar. 4. tomo de Religione, ubi late de Abbatibus loquitur, multa eleganter disputans ad eorum munus, auctoritatem, & iurisdictionem pertinentia.

Glos. ult. Selu.

Germon.

Soar.

1. Ca. ult. de offic. Archid. Ca. ult. ne cleric. vel monach. Cap. 1. eod. dem in 6. Trid.

2.

Rebuf. Zech.

3.

4.

Cap. 1. de capel. monach. in 6.

Ioan. Philesa-



5. Philesacus in tractatu de parocia, cap. 3. pagina 59. ac subindè cum non habeat iurisdictionem fori contentiosi non possunt dici in dignitate constituti ex dictis; quia differentia illa, quod parochus vni præest Ecclesiæ, plebanus pluribus, nullam in substantia constituit differentiam ex notatis per Fabricium titulo de beneficijs in cathedrali, numer. 33. Ex quibus, & ex text. in cap. *Quod Dei timorem*, de statu monachorum, vbi plebani officium appellat dignitatem non esse, latè comprobatur Patian. d. cap. 27. à nu. 59. Azor d. cap. 21. q. 1. & 4. nisi fortè Ecclesia, cui præest sub se capellas habeat, & in simul collegiata sit, vt ex Dominico, & Franco, & Federico explicat Patian. n. 62.

Fabric.

Cap. *Quod Dei timorem. de statu monach.*  
Patian.  
Azor.

6. Verum cōtrariam sententiã, quod plebanus licet in Ecclesia collegiata nō sit dignitatē habere dicatur ex Ioāne Monacho, docuit additio Gloss. verbo, *Capellas*, in dicto cap. 1. *Ne clericus, vel monachi* in 6. & post eam Petrus Gregor. dicto libr. 15. cap. 24. n. 13. & post Lambertin. de iure patronatus, lib. 1. p. 1. quæstion. 11. artic. 4. Zechius cap. 27. à principio; pro quibus facit, quia plebani non solum videntur habere curam plebis in foro pœnitentiæ, sed maiorem honorem, & præminentiam, atque etiam iurisdictionem fori exterioris, & ideò sibi subditos excommunicare possunt, vt probat text. in cap. *Cum ab Ecclesiarum prelati*, de officio ordinarij; & parochis simplicibus maiores sunt; ideòque non valere impetrationem plebanæ, in qua simpliciter declaratur esse curatum beneficium, docet Rebuffus in praxi, 3. p. signaturæ, verbo etiã situationis, n. 7.

Pet. Greg.  
Lambert.  
Zech.

7.

Rebuff.

Quibus non obstantibus à priori sententia non est recedendum, quod scilicet plebani, nisi Ecclesiæ præsent collegiatæ dignitatem non obtinent, quanuis enim plus honoris habeant, & pœnitentiæ, quam simplices parochi, eo quod pluribus præsent Ecclesijs, & Capellas sub se habent; hoc non pertinet ad rationem dignitatis, nisi iure aliquo speciali iurisdictione fori contentiosi in clericos, & parochianos suos exerceant, & ideò ex consuetudine in dignitate positi censeantur. Ad textum in dicto capite *Cum ab Ecclesiarum*, respondetur non constare ex litera, quænam fuerit Ecclesia illa Sancti Petri, de qua ibi, neque text. decidere plebanum illum iure communi excommunicationem proferre potuisse, sed tantum supponere ab eo prolatam, ac subindè terminos habiles supponere possumus, cum textus id principaliter non decidat; quod scilicet, vel Ecclesia erat collegiata; vel quod iurisdictione speciali iure ei competeat, vt de Archidiacono agentes pro concordia text. in cap. *Archidiaconis*, de officio Archidiacon. cū text. in cap. *Romana*, de sententia excommunic. in 6. suprâ notauimus; atque ita text. interpretatur ipse Zechius, licet contrariam sequatur sententiam, vbi proximè numer. 3. atque etiam veteres præceptores nostri. Circa tamen potestatem, & prærogatiuam plebani, vide Zechium dicto cap. 27. vbi plura plebanis de iure concessa refert; sed tamen, quia consuetudo dat, & adimit iurisdictionem, standum erit consuetudini, vt dicit Zechius, & Abb. d. cap. 27.

8.

Cap. *Cum ab Ecclesiarum.*

C. *Archidiacon. de offic. Archid.*  
C. *Romana de sent. excom. in 6.*

Zech.

Abb.



DISPUTATIO XIII.

De Beneficiarijs.

**P**ost dignitates in nostra Ecclesiastica Hierarchia immediate operæ pretium duxi agere de gradibus, quæ ratione beneficij in Ecclesia militante locum habent, vt ex his omnibus constat, quàm perfectus sit hierarchici ordinis principatus.

§. I.

De diuisione beneficiorum.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficia ecclesiastica, alia sunt secularia, alia regularia.
- 2 Quæ dicantur secularia?
- 3 In dubio beneficium seculare est præsumendum.
- 4 Impetrans beneficium tanquam seculare non astringitur ad probationem huius qualitatis.
- 5 Opinio Patiani in hac quæst. refertur.
- 6 Dicenti se liberum, vel dicenti seruum incumbit probatio.
- 7 Sententiæ Patiani respondetur.
- 8 Quando possessioni repugnat primæua natura ipsius rei, de qua agitur, possessio non transfert onus probationis in aduersarium.
- 9 Quomodo opinio Patiani in rigore disputationis defendi possit.
- 10 An beneficia de secularibus regularia fiant?

**P**ro plena huius disputationis cognitione, primo loco agendum duximus de diuisione beneficiorum, vt hinc appareat, quinam ratione beneficij lo-

cum habeant in nostra Ecclesiastica Hierarchia? Quare sciendum est Doctores omnes constituere summam omnium beneficiorum diuisionem esse, quod alia sunt secularia, alia regularia; secularia sunt, quæ secularibus, regularia, quæ regularibus conferri consueuerunt, vt deducitur ex text.

**A** in cap. *Cum de beneficio*. 5. & in c. *Cum singula*. 32. de præbend. in 6. *Clement.* 1. de supplēda negl. præl. & in *Clement.* 1. de electione, consonat Tridēt. sess. 14. de reform. c. 10. explicant Rebuf.

**B** in praxi, tit. quotuplex beneficium sit cum duobus sequentibus, & plures alij, quos refert Hoyeda de incompatibilitate beneficiorū. 1. p. c. 24. à n. 92. Zechius tit. de beneficiatis, n. 2. Quintanaduen. lib. 1. c. 4. à n. 14. Gōfales ad Regulam. 8. glossa 7. à principio, & post Corraf. Petrum Gregorium, Zerolam, & alios plenè Garcia de beneficijs 1. p. c. 6. à n. 11. & p. 7. c. 10. à principio, Azor d. lib. 3. c. 1. q. 4. Anton. Fabric. titulo de seculari, & regul. benefic. per totum; qui omnes notant in dubio beneficium seculare esse præsumendum, & idè impetrantem beneficium, tanquam seculare non astringi ad probationem huius qualitatis, sed à probationis onere releuari, cum pro se habeat iuris communis præsumptionem constanter resoluunt; cuius præsumptionis eam afferunt rationem; quia cum D. Petrus omnium beneficiorū titulos instituerit, & ipse non regularis, sed secularis fuerit; talia præsumuntur beneficia omnia, qualis fuit eorum Auctor; & deindè quia beneficia de secularibus conuertuntur in regularia, non è conuerso, ac subindè apparet primæuam omnium beneficiorū esse,

2.  
Cap. Cum de benefic. C. Cum singulari de præber. in 6. Clem. 1. de supp. negl. prælat. Clem. 1. de elect. Trid. Rebuf. Hoyed. Zech. Quintan. Gonsal. Corraf. Garc. Azor. Fabric.

3.

4.



esse, quod sæcularia, vt decidit Rota noua 2. n. 2. de præbend. referunt, & sequuntur Rebuffus n. 3. Garcia c. 10. in princip. Fabricius n. 7. proximè citatis locis, & post Mascard. de probat. conclus. 172. per totam, Hercules Mascot. variarum resolut. lib. 2. cap. 1. n. 97. fatetur communem Patian. de probat. lib. 2. cap. 31. n. 6. licet ipse à nu. 8. ibi contendat in dubio, neque pro sæculari, neque pro regulari esse præsumendum; sed ad vltimum statum beneficij esse respiciendum, quia cum ex natura sua, vel sæculare, vel regulare esse possit, non videtur magis pro vno, quàm pro alio præsumendum, sed ei, qui sæculare dicit, vel regulare incumbit probatio, iuxta regulam l. 2. ff. de probationibus cum vulgaribus; confirmat deinde, quia dicenti se liberum, vel dicenti seruū incumbit probatio, non alia ratione, quam quia vel liber, vel seruus nasci potuit, ac subindè attenditur status, vel possessio, in qua de præsentis reperitur, vt scilicet seruus præsumatur, si in statu seruitutis, vel liber si in statu libertatis existit, l. *Liberis*, §. *ultim.* ff. liberali causa cum similibus, quæ latè adducit, & explicat Patianus d. lib. 2. cap. 20. Mascard. de probat. conclus. 868. à n. 4. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 55. n. 25. iunctis resolutis per Barbos. in l. Titia, n. 12. solut. matrimonio. Verum retenta communi, ad argumenta Fuluii Patiani potest responderi, quod si appareat de possessione, & statu rei, iam non sumus in dubio, cum possessio, onus probandi in aduersarium transferre soleat, & tamen communis sententiæ Auctores hoc dubium supponant. Deindè respōdetur hanc ipsam

regulã, quod possessio transfert onus probandi in aduersarium, non procedere quãdo possessioni repugnat primæua natura ipsius rei, de qua agitur, vt in exemplo seruitutum realium, iuxta textum in lege *Altius*, C. de seruitutibus, resoluunt Doctores communiter ex Mascard. conclus. 1304. & fatetur latè comprobans idem Patianus d. cap. 20. à n. 6. Cum igitur ex dictis, omne beneficium ex primæua institutione sæculare sit, merito si de contraria institutione non appareat, vel legitima præscriptio completa sit, possessio non sufficit, vt regulare præsumatur.

Admitto tamen difficile non esse in rigore disputationis defendere resolutionem Patiani, si dicamus nullo iure, neque efficaci ratione probari primæuam beneficiorum omnium institutionem esse, quod sæcularia sint; tunc quia difficultate nõ caret, quod prima beneficiorum creatio, & institutio à D. Petro incepit. Deindè, quia eo dato, parum concluderet argumentum deductum ex eo Apostolorum tempore, quo omnes clerici communem vitam degebant, certa quadã regula, velut monachi obstricti sub vno prælato, nihil habentes proprium, iuxta text. in c. *Dilectissimis*. 12. q. 1. & ideò omnes clericos secundum ea tempora regulares fuisse comprobatur latè Quintanadu. lib. 4. à n. 33. Vnde iam argumentum hoc ex primæua illa institutione beneficiorum minimè excludit sæcularia esse præsumenda, sed fortassis, & magis contrariū. Negari etiam potest secunda ratio, quod beneficia de sæcularibus regularia sunt non è contra; nam contrarium constat, ex text. in d. cap. *Cum de beneficio*, & ex-

L. *Altius*,  
C. de seru.

Mascard.  
Patian.

9.

Ca. *Dilectissimis*.  
12. q. 1.

Quintan.

Cap. *Cum de beneficio*,  
de benefic.

& ex-



& experientia apud nos satis manifestum est, quod beneficia, quæ regularia erant ex institutione sua, & monasteria celeberrima, iam hodie sæcularis curam redacta, & de Francia testatur Fabricius dicto n. 57. littera S, quem vide.

Fabric.

## S. II.

De principalioribus beneficijs, seu de principalibus beneficiarijs.

## SUMMARIVM.

- 1 Papatus inter omnia beneficia primū locum obtinet.
- 2 Papa canonicè non institutus à Concilio deijcitur de sede.
- 3 Quæ exceptio admittatur contra electionem Summi Pontificis.
- 4 Quæ dignitates beneficiorum nomine contineantur, ex nominis proprietate.
- 5 A principio nascentis Ecclesie omnes fideles vitam communem degebant.
- 6 Quo tempore laici, & clerici ab hac vita recesserunt?
- 7 Papatus, id est Summi Pontif. dignitas diuina lege, & ore dominico institutus fuit in persona B. Petri.
- 8 Episcopi ex diuina institutione dignitatem recipiunt.
- 9 Papatum, & Episcopatum esse vere beneficia ecclesiastica, probatur.
- 10 Sicut beneficia omnia vacant ipso iure per promotionem ad episcopatum, ita etiam vacāt per adeptionem sum. Pontificatus.
- 11 Papa renunciare potest Papatu.
- 12 Sicut residentia Episcoporum de iure diuino est, ita etiam iuris diuini præcepto Papa Romæ residere tenetur.
- 13 Beneficij definitio.

14 Illustrissimi Romane Ecclesie Cardinales, verè & propriè beneficia ecclesiastica obtinent.

15 Cardinales tenentur ad residentiam in suis titulis.

16 Per ascensionem Cardinalitatis dignitatis vacant beneficia omnia.

17 Cardinales tenentur ad horas canonicas, & reliquos effectus, qui profuunt ex eo quod sit beneficium ecclesiasticum.

18 Explicatur opinio Rusei, dum asserit Cardinalem non beneficium, sed officium tantum obtinere.

**V**T appareat, quī nam ratione beneficij locum habeāt in Ecclesiastica Hierarchia, ad singulorum beneficiorū species deueniemus, & primò subinfertur Papatum, quē inter omnia beneficia primum locum obtinere notant omnes per textum ibi in cap. 1. de maledicis. ibi, de depressione officij, & beneficij nostri, quem ad hanc conclusionem celebrat Andreas Siculus in Clemēt. gratia. notabili. 2. de Rescriptis, & post Angel. in summa, verb. Beneficium, Selua de beneficio 1. p. q. 2. à n. 26. Hoyeda d. 1. p. c. 1. n. 2. Flamin. de resignatione lib. 2. q. 1. à n. 5. Patian. d. lib. 2. c. 28. n. 56. Gōsal. gloss. 5. n. 61. Fabricius tit. de Maiorib. & minorib. beneficij, n. 22. Hinc notantes regulam primam in 6. quod beneficium ecclesiasticum sine Canonica institutione obtineri non potest, procedere etiam in Papa, qui si canonicè non fuerit institutus à Cōcilio dijicitur de sede, vt notauit Glossa. 1. per text. ibi in c. Si duo. 79. dist. & ostenditur, quia licet nullam exceptionem contra Summi Pōtificis Canonice electionem

I.

Cap. 1. de maledic.

Andr. Sicul.

Angel.

Selua.

Hoyeda.

Flamin.

Gonsal.

Fabric.

2.

Gloss. cap.

Si duo. 79.

dist.



C. Licet de  
elect.

3.

C. Vbi pe-  
riculum de  
elect. in 6.  
Clem. Ne  
Roman. eo-  
dem tit.  
Iacobat.  
Bellarm.  
Pet. Greg.  
Azor.

admitti posse decidat text. in cap. *Licet*. 6. versic. *Statuimus*, de electione, admittitur tamē ea de electione non Canonica, veluti quia à duabus par- tibus Cardinalium eligentium facta non est, vt pro forma ponit text. in cap. *Licet*, & explicat text. in cap. *Vbi periculum*, eodem tit. in 6. & in *Clemē- tina Ne Romani*, eodem titulo; & latif- simē materiam prosequuntur Iaco- batus Cardinalis de Concilio lib. 3. art. 1. pag. 145. cum sequētib; Car- din. Bellarm. tom. 1. tract. de cler- icis lib. 1. c. 9. cum sequentibus, Petrus Gregor. ad titul. de electione, cap. 14. nu. 9. Latius, & melius quā omnes Azor tom. 2. lib. 4. c. 5. q. 2. & 7. & per totum latē comprobans post Cardī- nalem Albanum de Cardinalib. q. 31. potuisse Papam, & Ecclesiam tradere formam eligendi Summum Pontifi- cem, sine qua electio facta nō valeat, vt in prædictis iuribus.

4.

Cap. ult.  
de præb.

C. Quāuis  
eod. tit. in

6.

Gloss. reg.  
1. lib. 6.

Selu.  
Flamin.

Quint an.  
Hoyed.

Azor.  
Garc.

Fabric.

De alijs verò dignitatibus, quod similiter beneficiorum nomine con- tinentur ex nominis proprietate, li- cet ex defectu intentionis aliquando non veniant præcipuē in materia o- diosa per textum in cap. *ult.* de præ- bendis, & in d. cap. *Quāuis*, versic. *Quāquam*, eodem tit. in 6. satis mani- festum est ex ijs, quæ de singulis dig- nitatibus diximus, & notauit Glossa 1. in d. *regula*. 1. lib. 6. & latē prosequū- tur Selua d. 1. p. q. 2. n. 28. & q. 3. ferē per totam, Flamin. d. lib. 2. q. 1. à nu. 54. Quintanadu. lib. 1. c. 4. à n. 6. & de communi testatur Hoyeda d. 1. p. c. 24. nu. 64. Azor d. libr. 3. cap. 1. q. 5. & alij congesti à Garcia d. 1. p. c. 6. n. 37. cum sequentibus, latē Fabricius d. ti- tul. de Maior. & minor. benef. à prin- cipio.

Verūm contra hanc resolutionem obstat non leuiter, quia constat be- neficiorum titulos longo interuallo post Apostolorum tempora inuen- tos, & institutos fuisse: primus enim locus, & nullus alius antiquior repe- ritur in quo ponatur vox hæc, bene- ficium Ecclesiasticum, in hac, qua vti- mur significatione, est Concilium Ma- guntiacum relatū in cap. 1. de Ec- clesijs ædificandis, quod celebratum est anno post Christum natum 813. vt refert Carransa in summa Conci- liorum sub eodem Concilio Magun- tiaco, cap. 42. pag. 311. à principio e- nim nascentis Ecclesiæ fideles om- nes vitam communem degebāt, iux- ta textum in cap. *Dilectissimis*. 12. q. 1. à qua licet laici recesserint; clerici ta- men vsque ad Diui Gregorij, & Au- gustini tempora in ea permanserunt, c. *Quia*, c. *Scimus*, cap. *Nolo*, cap. *Non dicatis*, cap. *Quoniam*. 12. q. 1. postea verò frigescente magis in dies chari- tate, etiam clerici à communione re- cesserunt, vt constat ex text. Urbani Pontificis, & ex Diuo Augustino in cap. *Videntes*, & in cap. *Habebat*. 12. q. 1. Et indē tandem conuenientius vi- sum fuit, parochias diuidere, & singu- lis clericis beneficiorum titulos assignare, ex quibus vitæ necessaria sibi possent ministrare, vt constat ex tex- tu in cap. 1. 13. q. 1. & ex text. in cap. *Pastoralis*, in principio de his, quæ fiūt à prælatis sine consensu Capituli; & per quatuor tempora distinguentes, latē prosequūtur Præposit. aliàs Car- dinalis Alexādrinus in cap. 1. 44. dist. & latissimē Petr. Gregor. rei benefi- ciariæ, cap. 4. n. 3. cum sequentibus, Selua de Beneficio, q. 4. à principio, Duareno de sacris Ecclesiæ ministr. lib.

5.

Cap. 1. de  
Eccles. ædi-  
ficand.  
Carransa.

Cap. Dile-  
ctissimis.

C. Quia.  
C. Scimus  
Cap. Nolo  
C. Non di-  
cas.  
C. Quoniā  
12. q. 1.

C. Vidētet.  
Ca. Hebe-  
bat. 1. q. 1.  
6.

Cap. 1. 13.  
q. 1.  
Cap. Pasto-  
ralis de his  
quæ fiunt.  
Præposit.

Pet. Greg.  
Selu.  
Duar.



Hoyed.  
Quintan.

lib.2. cap.1. & 2. Hoyeda de incom-

patibilit. i.p. in præfatione, numer. 5.

Quintanadu. d. lib. 1. cap. 2. à princip.

& per totum. At verò Papatum, id

est Summi Pontificis dignitatem, nō

Ecclesiasticis constitutionibus, sed ip

sa diuina lege Euangelia, & ore Do-

minico ipsius Christi Domini insti-

tutum esse in persona Beati Petri, &

eius successorum, Ioan. 21. *Pasce oues*

*meas*, elegantissimis verbis compro-

bant Pontifices, Geleasius ( sic enim

ibi legendum esse benè probat Co-

uar. 4. resolutionum, cap. 14. n. 11. ) in

cap. *Quauis*, 21. dist. & Nicolaus in

cap. 1. 22. dist. & latè contra huius tē-

peltatis hæreticos, comprobant Al-

bert. Phigijs de Ecclesiastica Hierar-

chia, lib. 3. c. 2. cum sequentibus, Bel-

larm. tom. 1. de Romano Pontific. lib.

1. cap. 10. cum sequentibus, Azor d.

lib. 4. c. 9. & infiniti adducti à Cenedo

Ioan. 21.

Con.  
C. *Quauis*.

21. dist.

Cap. 1. 22.

dist.

Pigh.  
Bellarm.

Azor.

Cened.

8.

Ruseus.

Pigh.  
Duenh.

Henriq.

9.

Selu.

Patian.

Propter quam fortassis difficulta-  
tem, quanuis ijdem communis reso-  
lutionis Auçtores, inquit, Papatū  
dici ecclesiasticum beneficium non  
propriè, sed latissimè, vt constat ex  
Selua, & Fuluio Patiano, & cæteris  
pro communi adductis. Ad postero-

rem verò partem de Episcopis potest  
A responderi, quod licet distinctio E-

piscoporum, & præbyterorum, quo-

ad substantiam, & in genere ex ipsa

lege diuina, & Christi Domini insti-

tutione; tituli tamen singularum Ec-

clesiarum, & diuisio dioccesum ex Ec-

clesiæ institutione procedunt, scilicet

Diui Petri, Beati Clementis, & suc-

cessorum, vt refertur in cap. *In illis*.

80. dist. & in cap. 1. & in cap. *Nulli*, &

ferè per totam 99. dist. Quare cum

beneficij essentia consistat non tan-

tum in exercitio officij spiritualis, sed

etiam constet iure illo percipiendi

portionem aliquam reddituum eccle-

siasticorum ab alijs communibus di-

stinctam; licet admittamus officium

præbyterorum, & Episcoporum le-

ge diuina esse institutum, non ideo

sequitur has ipsas dignitates consi-

deratas sub ratione beneficij forma-

liter, & propriè iuris humani non ef-

se. Sed facilius respōderi potest, quod

admisso toto discursu, quod scilicet

C. *In illis*,  
80. dist.  
Cap. 1.  
Ca. *Nulli*  
99. dist.

C nullam habet ea ex parte repugnan-

tiam, quominus sit verè, & propriè

ecclesiasticum beneficium, quia etiā

eo dato reperitur in Episcopatu totū

illud, quod sufficit ad constituendam

perfectam beneficij Ecclesiastici sub-

stantiam. Quod sit ius perpetuum per-

cipiendi redditus ecclesiasticos prop-

ter officium spirituale, quod totum

reperitur in Papatu, & episcopatibus,

ctiam si dicamus absolutè à lege di-

uina procedere. Si verò obijcias, pri-

mis illis Ecclesiæ nascentis temporibus non potuisse considerari diuisio-

nem titulorum, & vere esse benefi-

cium ecclesiasticum; sed tamen hoc

impedimentum non esse, cum iam



hodie postquam singuli habere ceperunt proprium, & dioeceses distinctae sunt non dicantur habere beneficium, cessante impedimento illo in Ecclesia primitiua, considerato ex parte communis vitae.

10. Ex quibus omnibus Doctores inferunt ad varios casus, in quibus leges Canonicae, quae de beneficijs loquuntur locum etiam sibi vendicant in Papatu. Et imprimis, quod sicut beneficia omnia vacant ipso iure per promotionem ad episcopatum, iuxta

Cap. Cum in cunctis, §. Cum in cunctis verò, de electione, & quae de materia de elect. Garc.

Hoyeda. II. cap. 6. ita etiam vacant per ademptionem summi Pontificatus, vt de facto seruari testatur Hoyeda d. 1. p. c. 1. in fine multis rationibus confirmas à principio, & de iuris rigore comuniter receptum, testatur Flamin. dict.

Flamin. lib. 2. q. 1. n. 9. vbi à n. 13. eodem fundamento adducit, quod possit Papa renunciare Papatui, vt decidit text. in cap. 1. de Renunciat. in 6. de quo

11. Cap. 1. de renunc. in 6. multas quaestiones disputat Azor d. tomo 2. lib. 4. cap. 6. Denique colligunt; quod sicut residentia Episcoporum de iure diuino necessaria est

12. Mat. c. 1. Carranc. Matth. cap. 1. & explicat Carransa per integrum tractatum de residentia Episcoporum, ita ex iuris diuini praeccepto Papa Romae residere tenetur, confirmantes ex text. in cap. Per venerabilem, versic. Sanè, qui filij sint legitimi, Flamin. lib. 8. vbi proximè, & latè de materia Alphonsus de Mendoca, per totam quaestionem 4. scholasticam, & ante eum Cardin. Bellarm. tom. 1. de Roman. Pontifice lib. 4. cap. 4. & nos in 1. disp. de Romano Pontif. §. 1.

C. Per venerabil. Mendoca. Bellarm.

Mat. c. 1. Carranc. Flamin. lib. 8. vbi proximè, & latè de materia Alphonsus de Mendoca, per totam quaestionem 4. scholasticam, & ante eum Cardin. Bellarm. tom. 1. de Roman. Pontifice lib. 4. cap. 4. & nos in 1. disp. de Romano Pontif. §. 1.

Mat. c. 1. Carranc. Flamin. lib. 8. vbi proximè, & latè de materia Alphonsus de Mendoca, per totam quaestionem 4. scholasticam, & ante eum Cardin. Bellarm. tom. 1. de Roman. Pontifice lib. 4. cap. 4. & nos in 1. disp. de Romano Pontif. §. 1.

Vnde ad plura alia, de quibus nostri varijs in locis dubitare solent, vtrum proprie sint beneficia? quae omnia sub vnica regula comprehendes, si memoria repetas veram beneficij definitionem; quod sit ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale, cui enim haec tria coueniunt, quod habeat ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale, beneficium ecclesiasticum habere necessariò dicendum est, non ita si ex his tribus aliquid deficiat.

Vnde etiam infertur illustrissimos Romanae Ecclesiae Cardinales, vere, & proprie habere ecclesiasticum beneficium; manifestum est enim redditus ecclesiasticos percipere ratione officij spiritualis, quod gerunt; sunt enim coadiutores sanctissimi Domini Papae in executione officij sacerdotalis, eique in Concilijs, & à Concilijs assistunt, vt ait textus in d. cap. Per venerabilem, versicul. Sunt autem, qui filij sint legitimi. Textus optimus in cap. Fundamenta. §. Docet, de electione in 6. atque ideò primam obtinere dignitatè, post ipsum Pontificem, & in regimine Ecclesiae Episcopis esse superiores, diximus supra in 2. disp. & tradunt communiter scribentes, vt post antiquiores latè explicat Cardinal. Bellarm. tom. 1. titulo de clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. c. 4. Mench. illustrium quaest. 6. c. 23. Zechius de republica ecclesiastica tit. de statu illustrissimorum Cardinalium, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. lib. 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori-

C. Per venerabilem, versicul. Sunt autem, qui filij sint legitimi. Textus optimus in cap. Fundamenta. §. Docet, de electione in 6. atque ideò primam obtinere dignitatè, post ipsum Pontificem, & in regimine Ecclesiae Episcopis esse superiores, diximus supra in 2. disp. & tradunt communiter scribentes, vt post antiquiores latè explicat Cardinal. Bellarm. tom. 1. titulo de clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. c. 4. Mench. illustrium quaest. 6. c. 23. Zechius de republica ecclesiastica tit. de statu illustrissimorum Cardinalium, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. lib. 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori-

Cardinal. Bellarm. tom. 1. titulo de clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. c. 4. Mench. illustrium quaest. 6. c. 23. Zechius de republica ecclesiastica tit. de statu illustrissimorum Cardinalium, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. lib. 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori-

Cardinal. Bellarm. tom. 1. titulo de clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. c. 4. Mench. illustrium quaest. 6. c. 23. Zechius de republica ecclesiastica tit. de statu illustrissimorum Cardinalium, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. lib. 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori-

Cardinal. Bellarm. tom. 1. titulo de clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. c. 4. Mench. illustrium quaest. 6. c. 23. Zechius de republica ecclesiastica tit. de statu illustrissimorum Cardinalium, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. lib. 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori-

Cardinal. Bellarm. tom. 1. titulo de clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. c. 4. Mench. illustrium quaest. 6. c. 23. Zechius de republica ecclesiastica tit. de statu illustrissimorum Cardinalium, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. lib. 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori-

13.

14.

C. Per venerabilem, qui fil. sint legit. C. Fundamenta, de elect. in 6.

Bellarmin. Paleot.

Petr. Greg. Mench. Zech.

Quintan. Azor.



auctoritate text. in cap. 2. de clericis  
 non residentibus; ita resoluunt com-  
 munitè Doctores, Cardinalitiã dig-  
 nitatem vere esse beneficium eccle-  
 siasticum, vt per Seluam d. 1. p. q. 2.  
 n. 33. Hoyeda dicta p. 1. cap. 2. num. 3.  
 Petr. Gregor. rei beneficiar. c. 10. n. 3.  
 Azor d. 2. p. lib. 3. cap. 1. q. 5. versic. 2.  
*beneficium*, & melius, quàm omnes  
 Antonius Fabricius dicto titulo de  
 Maiorib. & minor. beneficijs à n. 27.  
 hinc notantes teneri Cardinales ad  
 residentiam in suis titulis, & vacare  
 beneficia omnia per assentionem Car-  
 dinalitiã dignitatis, & teneri ad ho-  
 ras Canonicas, & reliquos effectus,  
 qui profluunt ex eo, quod sit benefi-  
 cium ecclesiasticum, non tamen de-  
 fuerunt, qui contendant Cardinales,  
 non beneficium, sed officium tantũ  
 obtinere, vt voluit Ruseus in tract. de  
 Regulariorũ priuilegio 13. n. 21. & 29.  
 Sed melius explicat Fabricius vbi  
 proximè, quod communis procedat,  
 in Cardinalibus, qui iam habent ti-  
 tulum; at verò contraria Rusei in ijs,  
 qui adhuc titulum non habent, sed  
 similes sunt Canonicis in herbis, qui  
 præbenda carent, & vacaturam ex-  
 pectant, & ideò secundum commu-  
 nem, cum nullos percipiant redditus  
 beneficium habere non dicuntur.  
 Quibus adde, quæ latè in eodem pro-  
 posito tradit Moneta de quotidianis  
 distributionibus lib. 2. q. 1. n. 42. cum  
 sequentibus.

## §. III.

## De Capellanis.

## SUMMARIUM.

- 1 *Capellania auctoritate Prælati insti-  
tuta, si in perpetuum dentur, vere  
sunt beneficia ecclesiastica.*

- 2 *Capellania temporales, seu remouibi-  
les ad nutum, beneficia ecclesiastica  
non sunt.*  
 3 *Reijcitur opinio Garcia, dum asserit  
Capellanas temporales, esse beneficia  
ecclesiastica.*  
 4 *An obtinentes capellanas, possint ad  
sacros ordines promoueri?*  
 5 *Vtrum obtinentes capellanas tenean-  
tur ad horas canonicas recitandas?*  
 6 *Quæ capellania laicis cõferri possint?*  
 7 *An capellania iure hereditario, vel  
sanguinis haberi possint?*  
 8 *Deficientibus consanguineis institu-  
entis capellania, ad Regem pertinent  
iuxta Ord. nostram, lib. 2. tit. 26.*  
 9 *Plures effectus sequuntur ex eo, quod  
capellania sint beneficia ecclesiastica  
remissiue dicuntur.*  
 10 *Capellani a quibus subijciantur?*

**R**æhabito iam quænam sint  
 beneficia principaliora, seu  
 qui nam ratione illorum lo-  
 cum obtineat in hierarchi-  
 co ordine; de inferioribus subsequi-  
 tur disputatio: & primò de Capella-  
 nis, quare deueniendo ad vsu fre-  
 quentem quæstionem, vtrum Capel-  
 laniæ, verè sint ecclesiastica beneficia?  
 Ex dictis facilè constat, verè esse be-  
 neficia, si auctoritate prælati fuerint  
 institutæ, vt eas obtinentes in perpe-  
 tuum in eis intitulentur, non ita si ad  
 certum tempus, vt in Capella Regia  
 nostræ Vniuersitatis Conimbricen-  
 sis, vel ad nutum fuerint remouibiles,  
 vt in hac sede Conimbricensi; pro-  
 batur ex definitione, de qua suprâ,  
 quia in perpetuis Capellanijs vigent  
 omnia substantialia, de quibus in ea-  
 dem definitione; in temporalibus ve-  
 rò, vel à mouibilibus deficit primum  
 illud

I.

2.



illud requisitum, sicut etiam institutis sine praelati auctoritate deficit vltimum illud, ex ratione officij spiritualis, atque ita docuit notabiliter Glossa prima, versic. *Quid*, iuncto sine in versicul. *de quinto*, in *Clementina*. 2. de decimis, recepta communiter ex Felin. Mandosio, Bermondo, & alijs, quos refert, & sequitur Salzedo in additionibus ad Bernard. in practica, cap. 18. n. 9. Paulus Fuscus de Visitatione lib. 2. c. 11. à principio, Spino in speculo testamentorum, glossa 4. ex nu. 36. & post Seluā Flamin. d. lib. 2. q. 1. n. 118. benè Azor dicto lib. 3. cap. 8. q. 3. latè Antonius Fabricius tit. de Capellis, & Capellanijs à nu. 25. Gonsal. ad regulam 8. glossa. 5. à nu. 20. & ad hæc sunt reducenda, quæ latè scribit Perez de Lara in tractatu de Anniuersarijs, & Capellanijs lib. 2. c. 1. à n. 5. vsque ad finem, & cap. 6. num. 7. apud quos videbis multa, quæ tradunt de vera Capelle ethymologia, & de differentia inter Capellam, & Capellaniam, in quibus non oportet immorari.

Vnde minimè audiendus est Garcia, quatenus d. i. p. cap. 2. n. 81. cum sequentibus contra communem scribentium omnium sententiam contēdit, Capellanas etiam ad nutum remouibiles, vel temporales, vere, & propriè beneficia esse ecclesiastica insistens falso illo fundamento, quod improbauimus suprà, quod non requiritur ad substantiā beneficij, quod detur in perpetuum, atque ideò obtinentem Capellaniam temporalem, vel ad nutum remouibilem, vel etiam perpetuum, institutam tamen absque Episcopi auctoritate ad eius titulum non posse ad sacros ordines promo-

ueri, iuxta decisionem text. in cap. *Episcopus*, in cap. *Cum secundum*, in cap. *Tuis*, de præbendis, & *Trident.* sess. 21. de reformatione, cap. 2. ad terminos Capellanæ, de qua agimus, notant ex communi sententia Salzedo, vbi proximè, Mayolus, Zerola, Henriq. Zechius, & Sairo, quos refert, & communem fatetur ipse Garcia ibi n. 83. Ex eadem etiam ratione teneri ad horas Canonicas recitandas, si perpetua sit, & Episcopi auctoritate instituta, non ita si absque ea, vel temporalis sit, docet Nauar. in tractatu de Oratione, & horis Canonicis, c. 20. n. 17. & post eum, & Fratrem Ludouicum, Spino vbi suprà n. 42. versic. *quo fit*, Gonsal. n. 30. vbi suprà, Azor tom. 1. lib. 10. c. 3. q. 5. Hinc etiam licet Cappellania, quæ beneficium esse diximus à laicis laico minimè conferri possit, iuxta textum in cap. *Quod in dubijs*, de Renunciatione, & in cap. 2. de institutionibus; potest tamen à laico, atque etiam laico conferri, quando absque Episcopi auctoritate fuit instituta, vt ex Felino, & Decio refert, & sequitur Valasc. consult. 60. n. 13. Gonsal. vbi suprà nu. 26. Vnde etiam inferunt, quod licet Capellanæ perpetuæ auctoritate Episcopi institutæ, quia beneficia sunt ecclesiastica iure hæreditario, vel sanguinis haberi non possunt, iuxta reg. text. in cap. 1. de præbendis, cap. *Consultuit*, de iure patronatus; nihil tamen inconuenit, quod illæ, quæ sine Episcopi auctoritate instituuntur iure hæreditario, vel sanguinis deferantur, clericis, vel laicis proximioribus; imò in Hispania secundum leges Maioratum, Capellarum successione regulari, post Gomez, Padilh. Molin. Gutier. atq; alios testatur

4.  
C. Episcopus.  
C. Tuis de præb.  
Trid.  
Salzed.  
Mayolus  
Zerol.  
Henriq.  
Zech.  
Sairo.

5.  
Nauar.

Spino.  
Azor.  
6.

Ca. Quod in dubijs, de Renun. C. 2. de institut.

Felin.  
Dec.  
Valasc.  
Gonsal.

7.  
Cap. 1. de præb.  
C. Consultuit, de iure patron.

Gom.  
Padilh.  
Molin.  
Gutier.

Gloss. Cle.  
ment. 2. de  
decimis.  
Felin.  
Mandos.  
Bermond.  
Salzed.  
Bern.  
Paul. Fus.  
Spino.

Flamin.  
Azor.  
Fabric.  
Gonsal.

Perez de  
Lara.

3.  
Garc.



*Gonsal.* testatur Gonsales n. 34. & præceden-  
*Lara.* tibus dicto loco, & latissimè explicat  
*Cabed.* Perez de Lara dicto libr. 2. cap. 2. à  
 principio, & id ipsum de Capellis no-  
 stræ Lusitaniæ testatur Cabed. 2. p.  
 decis. 51. n. 4. & sequentibus; & inde  
 etiam profuit immemorialis nostri  
 Regni consuetudo, quod deficienti-  
 bus consanguineis instituentis capel-  
 lam, ad Regem pertineat eius conces-  
 sio, sicut aliorum bonorum vacantiû,  
 iuxta *Ord.* lib. 2. tit. 26. §. 17. quam in  
*Ord.* capellis etiam procedere sæpiùs iu-  
 dicauit supremus Lusitaniæ Senatus,  
*Gamma.* teste Gamma decis. 193. & decis. 288.  
 Cabedo d. decis. quanuis iure com-  
 muni deficientibus consanguineis vi-  
 deretur resoluendum bona libera re-  
 manere, & alienabilia fieri, atque hæ-  
 reditaria, iuxta regulam textus in l.  
*L. Qui so-* *Qui solidum.* 80. §. *prædium*, ff. leg. 2. &  
*lidum, ff.* in l. *Pater filium.* 36. §. *Fundum Titianû.*  
*leg. 2.* ff. legat. 3. Ex quibus ita resoluebat,  
*L. Pater fi-* Molina de primogen. lib. 1. c. 4. à n. 1.  
*lium, ff. l. 3.* Menoch. Thesaurus, & alij, de quibus  
*Molin.* Lara vbi proximè.  
*Nenoch.* Plures alios effectus, qui sequun-  
 9. tur, ex eo, quod Capellania cum E-  
 piscopi auctoritate sit instituta, & sub  
 indè verum beneficium, prosequere  
 cum Antonio Fabricio à num. 29. vbi  
*Fabric.* proximè, & longe plures, qui sequû-  
 tur ex eo, quod sine Episcopi aucto-  
 ritate sit instituta, & per consequens  
 non sit Ecclesiasticû beneficium, pro-  
 sequere, cum Gonsales à nu. 22. vbi  
*Gonsal.* proximè. Illud adde ad praxim nostri  
 Regni maximè necessarium, & vsû  
 frequentissimum, quod quando Ca-  
 pellæ institutæ sunt auctoritate præ-  
 latorum, manent subiectæ regimini,  
 & iurisdictioni eorundem prælatorû;  
 si verò instituti sint priuata auctori-

tate absque prælato manent bona,  
 quæ annectuntur laicalia; & subindè  
 subiecta potestati principis, & magi-  
 stratum sæcularium; quanuis opera  
 pia, & Missarû onus eis iniuncta sint,  
 vt egregiè decidit *Ordinatio Regia* lib. *Ord. Reg.*  
 1. tit. 62. §. 39. aliàs in antiquis lib. 2.  
 tit. 35. §. 40. & post *Gamma* d. decis. *Gamma.*  
 288. nu. 2. & 4. plenè explicat *Lara* d. *Lara.*  
 lib. 2. c. 1. à n. 3. refert etiam infinitos,  
 & sequitur *Garcia* d. 1. p. c. 2. ex n. 97. *Garcia.*  
 Hinc etiam iuxta eandem distinctio-  
 nem resoluentes, quod licet institu-  
 tores in Capellanijs instituti absque  
 prælati auctoritate possint conditio-  
 nem apponere, ne prælatus in eis se  
 valeat intromittere, minime tamen  
 id efficere possunt, quando prælati  
 auctoritate institutæ sunt; cum enim  
 effectæ sint ecclesiastica beneficia, &  
 consequenter Ecclesiasticæ potestati  
 subiectæ, & in prælatorum admini-  
 stratione positæ, iuxta regulam text.  
 in cap. *Omnes basilica.* 16. q. 7. & in cap. *Bene quidem.* 99. dist. & in cap. *Ecclesia*  
*Sancta Maria*, de Constitutionibus,  
 & in cap. *ultimo* de rebus Ecclesiæ, &  
 quæ notant communiter Doctores  
 per textum ibi in cap. 2. de Iudicijs, nō  
 possunt priuati efficere, vt hæc iuris  
 dispositio in sua institutione, seu dis-  
 positione locum non habeat, contra  
 regulam text. in l. *Nemo potest*, ff. dele-  
 gatis. 1. cum similibus; ex quibus vl-  
 tra relatos à *Garcia*, & *Lara* proximè  
 citatis locis, notauit etiam *Fuscus* di-  
 cto c. 11. n. 7. *Spino* d. gloss. 4. à n. 39. *Fusc.*  
 Et faciunt, quæ in simili circa hospi-  
 talia explicat *Mantua* de iurisdictione,  
 p. 2. cap. 18. à principio. Neque  
 obstat si dicas opera pia, quæ suppo-  
 nimus iniuncta esse huiusmodi Ca-  
 pellis; subijciuntur potestati ecclesia-  
 sticæ,

*Ord. Reg.*  
*Gamma.*  
*Lara.*  
*Garcia.*  
 10.  
*C. Omnes basilica.* 16  
*q. 7.*  
*Ca. Bene quidem.* 99. dist.  
*C. Ecclesia S. Mar. de Constit.*  
*C. 2. de iudic.*  
*L. Nemo.*  
*Garc.*  
*Lara.*  
*Fusc.*  
*Spino.*  
*Mantua.*



*Clem. quia  
contingit,  
de Relig.  
domib.  
Trid.*

*Ord.  
Valasc.*

stica, iuxta text. in *Clementina quia contingit*, in principio de Religiosis domibus, & *Trident. sess. 22. de Reformat. cap. 8.* Nam respondebis ex hac consideratione, non negari praelatis visitationem horum bonorum quoad implementum operum piorum, ut eadem *Ordinatio Regia d. §. 89.* in fine expressit, & late explicat *Valasc. cōsultat. 105. n. 55.* cum sequentibus.

### §. III.

*De Hospitalibus, & obtinentibus  
Hospitalia.*

### SUMMARIUM.

- 1 *Hospitalia beneficia ecclesiastica non esse, refertur.*
- 2 *An hospitalia in materia favorabili veniant appellatione beneficij?*
- 3 *An hospitalia sint loca religiosa? Hospitalia erepta auctoritate Episcopi ecclesiastica gaudent immunitate.*
- 4 *Virum hospitalia verè sint beneficia ecclesiastica?*
- 5 *An hospitalia, si pretio dentur, vera committatur simonia?*
- 6 *Intellectus ad text. in Clement. Per literas, de prab.*
- 7 *Quae hospitalia dicantur beneficia?*
- 8 *An hospitalia omnia gaudeant privilegij, quae iure conceduntur causis, & locis pijs?*



1.

*L. Illud C.  
sacr. Eccl.  
L. Sancimus.  
C. de Ep.  
& cler.*

**A** Hospitalia accedamus (de quibus supra in 2. quest. proemiali) & similia pia loca, quae commemorat Imperator in l. *Illud*, C. de sacrosanctis Ecclesijs, & in l. *Sancimus*, C. de Episcop. & clericis; nam ecclesiastica beneficia non esse, ac subinde clericis secularibus in titulum beneficij con-

ferri non posse, sed per contrarium à laicis obtineri, & regi posse decedit text. in dicta *Clementina quia contingit*, §. *Ut autem*, de Religiosis domibus. Neque etiam per literas Apostolicas, per quas clericis de beneficijs prouideri mandatur, posse de Hospitalibus prouideri, decedit text. in *Clementina* 2. de praebedis. Ex quibus ita hanc resolutionem, quod ecclesiastica beneficia non sint, tradit *Abb. in cap. de Xenodochijs, n. 4.* de Religiosis domibus. *Cardin. Tusc. tom. 4. litera H. concl. 166. n. 8.* & per totam, *Corraf. de sacerdot. p. 1. cap. 3.* per totum, *Petrus Gregorius rei beneficiaria, c. 11. n. 6.* *Rebuf. Selua, Quintanaduenh. & alij,* quos refert *Garcia dicta p. 1. cap. 4.* à principio, quibus adde late *Gonsal. d. glossa. 5. §. 4. à n. 7.* *Herculem Marefcotum variar. resolut. lib. 2. c. 3. à nu. 12.* *Azor dicto lib. 3. cap. 3. q. 5.* plenè *Antonium Fabricium titul. de Xenodochijs, & alijs locis pijs, à principio, & per totum.*

**C** Qui tamen varijs modis explicant, multipliciter eandem doctrinam, limitantes, & praecipue, quod non procedat in materia favorabili, in qua, inquit, appellatione beneficij venire, & contineri hospitalia ex doctrina *Gloss. verb. Beneficij, in Clementin. Dispendiosam*, de Iudicijs, quam in hunc sensum sequitur *Cardinalis, & Anchar. ibi, Selua, & alij,* quos refert, & sequitur *Flamin. de Resignation. beneficiorum lib. 11. q. 3. n. 49.* *Lambertin. & alij,* de quibus *Gonsal. ex n. 2. Fabricius à n. 25.* & ad varios casus discurrens, *Marefcot. à n. 22.* cum sequentibus dictis locis; alij verò aliter, atque aliter, non consequenter loquentes in multis.

Quare

*Clem. quia  
contingit,  
de Relig.  
domib.*

*Clem. 2.  
de prab.*

*Abb.*

*Tusc.*

*Corraf.  
Pet. Greg.  
Rebuf.*

*Selua.  
Quintan.  
Garcia.*

*Marefc.  
Azor.*

*Fabric.*

2.

*Glos. Cle.  
Dispendio  
sam, de iudic.*

*Anchar.  
Selua.*

*Flamin.  
Lambert.*

*Gonsal.  
Fabric.*

*Marefc.*



3.

Quare pro resolutione, & vt certa à dubijs separemus, aduerte de tribus inter se lōge diuersis, circa hospitalia moueri posse quæst. vt iā suprā tetigimus, vel vtrum loca sint religiosa; vel vtrū verè sint ecclesiastica beneficia, vel vtrū sint loca pia? quoad primum distinguendū est, vtrū auctoritate prælati, vel absq; ea cōstruēta sunt: nam si prælati auctoritate cōstruēta fuerint certū est loca esse religiosa, nō ita absque ea, vt planè probat text. in c. *Ad hæc*, de Relig. domib. vnde, quæ fundatur Episcopi auctoritate eius potestati subiacent, nō ea, quæ sine prælato fuerint erecta, vt probat tex. in d. c. *de xenodochijs*, vbi Abb. & alij cōmuniter, expressit *Ord. Reg. d. lib. 1. tit. 62. §. 39* & post Host. Ioan. Immol. & alios antiquiores receptū, testatur Valasc. d. cōsult. 105. à n. 6. & ante eū Gāma decis. vlt. n. 6. & post vtrūque Cabed. 1. p. decis. 204. Marta de iurisdic. 4. p. cēturia 2. casu 113. à n. 23. Baptista da Costa in consilio, quod apposuit post inspectionē 98. in tract. de facti sciētia, & ignorātia à n. 22. Azor d. c. 3. q. 2. & post alios Fabric. vbi proximè à n. 36. P. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 9. n. 3. Hinc notabilē illū effectum notātes, quod hospitalia erepta auctoritate Episcopi ecclesiastica gaudēt immunitate, ne delinquentes ad ea confugientes extrahi valeāt, & ante Soar. latè explicauit Remigius de immunit. Ecclesiarū ampliacione c. 7. Couas. 2. resolut. c. 2. à n. 4. atque etiā Valasc. n. 43. d. loco, & Aluifius Rictius decis. p. 3. collectaneo 648. ad plures alios effectus latè discurrens.

Pro secundi dubij resolutione, vtrū hospitalia vere sint beneficia ecclesiastica? recurrere oportet ad nostram

principalē resolutionē, & prædicti beneficij ecclesiastici definitionē; nam si hospitale fundatū fuerit priuata auctoritate planū est nō esse ecclesiasticum beneficiū, neq; subindè in materia pœnali, vel etiā fauorabili venire appellatione beneficij, vt dicebamus agentes proximè de capellania. Neq; contrarium voluit Glossa d. verb. *beneficijs*, in *Clement. dispendiosam*, de iudicijs; imò clarè voluit magis huiusmodi hospitalia beneficia non esse, quatenus concludit ideo comprehendendi in generali dispositione illius *Clementinæ*, nō quia materia erat fauorabilis, vt Doctores communiter ex ea deducunt, sed quia tex. vtitur non solum particula, *beneficijs*, sed etiā addidit officijs, quæ hospitalibus etiam conueniunt. Sicut per contrarium certum est beneficiū esse ecclesiasticum, si auctoritate Episcopi, ita hospitale cōstruētum sit, vt rectori in perpetuū, vel ad eius vitā in titulū conferatur, vt satis expressit tex. in d. *Clemēt. quia contingit*, §. *Vi autē*, ibi, *Nisi in illorū fundacione secus cōstitutum fuerit, seu per electionē sit de rectoris locis huiusmodi prouidendū*, cuius text. auctoritate ita se explicant, & prædictam regulā negatiuam in effectu limitant ijdem Doctores cōmuniter, vt ex Felin. Rebuf. & alijs resoluunt Garc. à n. 4. & ex Selua, Hoyeda, & alijs, Gonsal. n. 14. Fabricius à n. 16. Marefcot. n. 18. supracitatis locis; & in hunc sensū rectè illustrissimi Cardinales responderunt hospitalia, quæ non fuerint data in titulū, ad contributionē seminarij non teneri refert Cabed. d. 1. p. decis. 204. & habetur in declarationibus, quæ vulgò circunferuntur. Sic etiam ex eadē distinctione referūt Doctores ad ma-

Glossa.

Felin.

Rebuf.

Gracia.

Selua.

Hoyed.

Gonsal.

Fabric.

Marefc.

Cabed.

Mm

teriam

C. Ad hæc de Relig. domib.

Ord. Reg. Hostiens. Ioan. Imol. Valasc. Gamma. Cabed. Marta. Baptist. da Costa.

Azor. Fabric. Soar.

Remig.

Couas. Valasc. Aluifius.

4.



5.

teriam simoniæ, quod scilicet ad eam non pertinent hospitalia illa, quæ priuata auctoritate sunt cõstructa, & subindè nulla ratione ecclesiastica, vel religiosa sunt effecta. Per contrariũ verò simoniam cõmitti posse in ijs, quæ ecclesiastica, vel religiosa sunt, quia cõstructa prælati auctoritate, adhibita tamè distinctione prædicta: utrũ in titulum data sint, vel aliquam habeant spirituales administrationẽ? quo casu, si pretio dentur, veram cõmitti simoniam lege diuina prohibitã Doctores communiter fatentur, ampliantes non solũ, quando dantur in titulum perpetui beneficij; de quo nulla dubitatio est, verum etiã quando dantur ad tempus, quia cum habeant aliquid spiritualitatis annexũ, necessario ibi simoniã reperiri, si pretio dentur, constat ex regul. text. in c. 1. & per totam. 1. q. 1. Si verò nullam habet annexam spirituales administrationem, sed tantũ temporale regimen, Doctores communiter cõstituunt non esse materiam simoniæ ex Selua de beneficio. 2. p. q. 11. nu. 14. Gamma d. decis. vltima n. 60. Verum etiam hoc casu, quando ecclesiasticũ est hospitale, seu religiosum simoniã committi lege Canonica prohibitam ex regula textus in cap. *Saluator*. 1. q. 3. quatenus officia omnia ecclesiastica, vendi prohibet sub ratione simoniæ, concludit Pater Soarez d. tom. 1. de Relig. tract. 3. de simonia lib. 4. cap. 27. n. 11. cum sequentibus, & nos in 2. q. procemiali, §. 5. in fine.

6.

Clem. per  
litteras, de  
præb.

Vnde videtur deduci intellectus ad textum in d. *Clementina per litteras*, de præbendis, quatenus decidit per litteras Apostolicas super prouisione quorũlibet clericorum prouideri non

A

posse de hospitalibus, & similibus locis pijs, videbatur enim intelligendus de hospitalibus, quæ in titulum beneficij dari non consueuerunt, vt voluit Genzelinus contendens Clementinam illam non procedere in duobus casibus expressis in d. §. *Vt autem*, versicul. *Nisi*, quando scilicet hospitalia ex sua fundatione dantur in titulum; sed melius contrarium resoluit Glossa, verb. *prouideri*, in eadem *Clementina per litteras*, quam ibi sequuntur Cardinal. q. vlt. Bonifacius n. 16. Immola

Genzelin.

Cardin.  
Bonifac.  
Immola.

B

n. 19. aduertetes, quod hospitalia, quæ non dantur in titulum beneficij; ex ipso iuris antiqui rigore, non veniunt in mandatis, quibus de beneficio, vel simpliciter clericis prouideri mandatur; at verò illa, quæ ecclesiastica sunt beneficia, & in titulum beneficij dantur, non veniunt in huiusmodi mandatis ex noua illius Clementinæ decisione, vt euincit verbũ *decernimus*, quo utitur, & iuris noui inductorium est, ex Decio cap. 2. in fine de iudicijs, & alijs communiter ibi, sicut in simili de beneficijs maioribus, propter intentionis defectum Põtificis probat text. in cap. *vlt.* de præbend. & in c. *Quãuis*, versic. *Quãquã*, eodem tit. in 6. & supra sæpius tetigimus. Et hoc intellectu retento, facilis est ratio ampliationis, quã addit eadẽ Clemet. qd per huiusmodi litteras, prouideri non potest de hospitalibus, etiãsi decimas, Ecclesias, aut alia iura spiritualia noscantur habere, quod contingere non potest, absq; legitima prælati auctoritate, & cõsequẽter magis videbãt tx. procedere in hospitalibus ecclesiasticis, & quæ in tit. beneficij datur, & verbo rũ generalitas non patitur, vt restringatur ad ea, quæ datur ad tempus. Nã respon-

Dec.

Cap. vlt. de  
præb.

C. Quãuis.  
cod. tit. in  
6.



respondetur concedēdo totum, vt sci licet in omnibus procedat, siue aucto ritate prēlati, siue absq; ea fūdata sint, & siue ad tempus, siue in perpetuum dentur, atque ideò beneficia sint Ec clesiastica, quia totum hoc effecit no ua Clementinæ decisio.

7.

Circa tertium dubium, vtrū Hof pitalia sint loca pia? plures ex præci tatis ad eandē recurrūt distinctionē, quod pia sint, quādo praelati auctori tate, nō ita quando absq; ea sunt con structa, vt patet ex infinitis, quos re fert Gabr. cōmuniū, tit. de pia causa, concl. 2. à princip. & resoluūt Marta, Baptista Costa, & Fabric. dictis locis, atq; etiam Zerola in praxi episcopali, verb. *Hospitalia*, n. 1. Sed melius alij cō tendunt indistincte pia loca esse cen senda, siue praelati aucto ritate, siue absq; ea sint cōstructa, quia vt pia cē seantur, sufficit, quod instituta sint ad pia opera exercēda, vt latē cōprobat Tiraq. in tract. de pia causa in præfa tione, & de hospitalib. agens à n. 4. cū sequentib. & post eū fatetur P. Soar. d. c. 27. n. 11. notarunt etiam Cardin. Tuscus d. litera H. conclus. 163. Me noch. lib. 4. præsumpt. 115. n. 4. Ste phanus Gracianus disceptationū fo rensum tom. 1. c. 34. n. 1. & post alios Valasc. d. consultat. 105. n. 2.

Marta.  
Baptista.  
Costa.  
Fabric.  
Zerol.

Tiraq.

Soar.  
Tusc.  
Merch.

Garcian.  
Valasc.

8.

Hinc inferētes gaudere hospitalia omnia priuilegijs quę iure cōcedūtur causis, & locis pijs, quę late prosequi tur Tiraq. per integrū illū tractatū de pia causa, & in hospitalib. probat tex. *L. Omnia*, in *l. Omnia*, C. de Episcopis, & cler. & *C. de Epis cop.* in ea cōtrouersa quæst. vtrū gaudeāt beneficio restitutionis in integrū, af firmatiuē resoluūt cōmuniter Docto res, vt testatur Valasc. n. 44. vbi proxi mē, & latē cōprobat Esforcia in tra-

Tiraq.

L. Omnia, in l. Omnia, C. de Episcopis, & cler. & C. de Epis cop.

Valasc.  
Esforc.

statu de restit. in integr. p. 1. q. 3. n. 37.

A Caldas in *l. si curatorē*, verb. *minoribus*, n. 63. & post Mastrilhū decis. 110. Ri ctius vbi suprā; hinc etiā notās de re lictis hospitalibus quartā Falcidiā nō esse detrahendam, velut de relictis ad pia, iuxta decis. text. in *Auth. similiter*, C. ad leg. Falcid. & post Gabr. d. cōcl. 2. n. 13. Valasc. n. 39. d. loco, cum quo prosequere plures alios effectus, qui sequuntur ex eadē resolutione; & ex eadē resolues quæst. de iurisdictione repetita prædicta distinctione princi pali; nā si hospitalia cōstructa sūt Epif copi aucto ritate eiusdē iurisdictioni subiacent; nō ita, sed sæcularibus Ma gistratibus, si absq; ea sunt cōstructa, vt decidit *Ord. d. lib. 1. tit. 62. §. 39.* cū limitatione tamē, de qua in fine d. §. 1. vt praelato potestas remaneat ad cogendū administratorē implere opera pia, iuxta ea, quę post Gam. Valasc. & Cabed. suprā resoluimus de capella nijs agentes, quibus adde, quę in ter minis iuris communis latē resoluunt Mascard. de probationib. concl. 869. à n. 28. Tuscus dicta litera H. conclu sione 159. cum duabus sequentibus, Marta d. 4. p. casu. 113. à n. 21.

Cald.  
Mastrilb.  
Rict.

Authent.  
similiter,  
C. ad l. Fal cid.  
Gabr.  
Valasc.

Ord. Reg.

Gamma.  
Valasc.  
Cabedo.

Mascard.

Tusc.  
Marta.

C

Sed quia omniū suprædictorū reso lutio pendet ex ea distinctione, vtrū Episcopi aucto ritate, vel absq; ea capelle, & hospitalia cōstructa sint? oport unē notant Doctores cōmuniter in dubio sine Episcopi aucto ritate con structa cēseri, varias cōiecturas addu centes, ex quibus contrariū præsumi valeat, docet Gloss. verbo *Ecclesias*, in eadē *Clement. Per literas*, & sequuntur plures attestātur cōmuniter receptā, quos refert, & explicat Mascard. d. cō cl. 869. Tusc. concl. 158. Gonsal. n. 24. Marta n. 9. Fabricius 40. dictis locis.

D

Mascard.  
Tusc.  
Gonsal.  
Marta.  
Fabric.



## §. V.

## De Præstimonijs.

## SUMMARIUM.

- 1 Fundamenta illorum, qui existimant præstimonia non esse propriè beneficia Ecclesiastica proponuntur.
- 2 Contraria opinio, & eius fundamenta referuntur.
- 3 Obtinentes præstimoniū ad eius titulum possunt ad sacros ordines promoveri.
- 4 Præstimonia obtinentes tenentur ad horas canonicas recitandas.
- 5 In impetratione beneficij, est faciendamentio de præstimonio obtento.
- 6 An præstimonia secundum iuris rigorem residentiam requirant?
- 7 An duo insimul retinere possint?
- 8 Præstimonia in duplici sūt differētia.
- 9 Vtrum onus habeāt annexū, vel nō?

I.

**P**

ost materiam præcedentē ad præstimonia, seu præstimoniales portiones transitū facere duximus; de quibus sane inter scribentes grauis est controuersia; vtrum vere, & propriè beneficia sint ecclesiastica? partem enim negatiuam, quod non propriè, sed late beneficia dici valeant, tenent

Ioan. And.  
Dominic.

Ioan. Andr. in cap. unico de rerū permutatione in 6. Domin. consil. 89. & alii antiqui, quos referunt, & sequuntur Staphileus de literis gratiæ, titulo de formis expectatiuarum, forma. 5. à n. 2. Gomez, & alii, de quibus Menoch. de arbitrariis, casu. 201. à n. 53.

Gom.  
Menoch.  
Hoyed.  
Pet. Greg.  
Gonsal.  
Palat.  
Medin.

Hoyeda de incompatibilitate beneficiorum 2. p. c. 8. à n. 1. Petrus Gregor. rei beneficiar. c. 11. n. 9. & alii relati à Gonsal. d. glossa 5. §. 2. in principio, & tenere Palatium, Medinam, & alios

Theologos ait Azor d. lib. 3. cap. 7. in princip. qui ea mouētur ratione, quia præstimoniales portiones, nihil aliud esse noscuntur, quàm stipendia quædam instituta pro studentibus, vel militantibus pro Christianæ fidei defensione, atque ideò præstimonia dicuntur, quasi præstans munium, id est officium, seu obsequiū, vt docet Hostiens. in cap. Postulasti, de Rescrip. Oldrad. cons. 71. n. 2. Estaphileus, & alij omnes proximè citati, & latè Fabric. titul. de præstimonijs à principio; atq; ideò, cum genere suo nullū spirituale officium contineant huiusmodi præstimonia à beneficijs ecclesiasticis, natura longè sunt aliena, vt exorditur ipse Fabricius; constat enim ex beneficij definitione, illud esse substātiale, vt detur propter officium spirituale.

Verum contrariā partem affirmatiuam, quod præstimonia vere sint beneficia ecclesiastica, & inter ecclesiastica beneficia debeant cōnumerari, expressè probat text. in cap. ultim. de concess. præb. in 6. ibi, *præstimonijs, Ecclesijs, parochialibus, ruralibus, & alijs quibuscunq; beneficijs ecclesiasticis*, quæ particula, *alijs*, natura sua est explicatiua similitum, & repetit similes qualitates in præcedētibus, vt per text. in l. *Quidam relegatus*, ff. de rebus dub. & ex alijs notat Glossa, & Doctores cōmuniter in c. *Sedes*, de Rescript. & multi de quibus Hoyeda d. 2. p. c. 7. n. 6. & plenè Cened. post quæst. canonicas, singulari. 4. consonat Trid. sess. 14. de Reform. cap. 9. ibi, *Beneficia vnius diœcesis etiam si parochiales Ecclesiæ, vicaria, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint*, & sess. 23. de reform. c. 18. post med. ibi, *Nec nō beneficia aliquot simplicia, cuiuscunq; qualitatis,*

Azor.

Hostiens.  
Oldrad.  
Staphil.  
Fabric.

Fabric.

2.

Ca. ult. de  
cōcess. præ  
ben. in 6.

L. Quidam  
ff. de rebus  
dub.

Hoyed.  
Cened.  
Trid.

aut



aut dignitatis fuerint, vel etiã præstimonia; & deinde, quia negari nõ potest, & vsu Lusitaniæ, & totius Hispaniæ receptũ videmus dari præstimonia in titulum perpetui beneficii, & propter onus spirituale, vt ex Mandos. & Soto testatur Hoyeda d. c. 8. n. 15. Gonsal. & Azor dictis locis; ac subindè destruitur omnino prioris sententiæ fundamentum, & iam dubitandum non videtur huiusmodi præstimonia vere esse beneficia ecclesiastica, & ita constãter resoluit Oldrad. d. conf. 31. n. 2. Hostien. in cap. *Postulasti*, de rescript. Rebuf. Mandos. Soto, Soar. Fr. Ludouicus, & infiniti, ex antiquioribus, & recetioribus, quos latissimè referũt, & sequuntur Hoyeda d. cap. 8. à n. 8. Gonsal. d. §. 2. n. 9. Gutier. i. p. de benefic. c. 2. à n. 117. Azor d. cap. 7. q. 1. Fabric. n. 4. vbi suprã Lara de Anniversariis, & capellaniis lib. 2. c. 8. à n. 53. hinc resoluentes obtinẽtes præstimoniũ ad eius tit. posse ad sacros ordines promoueri; vt comprobatur diligenter Salzedo ad Bernard. Diaz in practica, c. 18. n. 10. & tanquam verè beneficiarios teneri ad horas Canonicas recitãdas concludit Nauar. de Orat. & horis canonic. c. 21. n. 9. latè Azor tom. 1. lib. 10. c. 3. q. 4. P. Soarez. de Relig. tom. 2. tract. 4. lib. 4. c. 22. à n. 7. & subindè in impetratione beneficii faciendã esse mentionẽ de præstimonio obtento, ex cõmuni resoluit Garcia n. 122. vbi proximè; sic etiã ex decreto Trident. sess. 25. de reformat. c. 15. dum vetat filios illegitimos habere beneficium in Ecclesia, in qua patres ministrarunt, comprehẽdi etiã præstimonium, ne illud ibi obtinere valent; rectè contra alios obseruat Quintanadu. Ecclesiasticon lib. 2. n.

Mandos.  
Soto.  
Hoyed.  
Gonsal.  
Azor.

Oldrad.  
Hostien.  
Rebuf.  
Mandos.  
Soto.  
Soar.  
F. Ludou.  
Hoyed.  
Gonsal.  
Gutier.  
Azor.  
Fabric.  
Lara.  
3.

Salzed.  
Bern.

Nauar.  
Azor.  
Soar.  
4.

Garc.  
5.  
Trid.

Quintan.

86. Sic etiam secundum iuris rigore præstimonia residentiã requirere, & ideò duo in simul retineri non posse, comprobatur Hoyeda d. c. 8. n. 12. & per totum, & comprehendi in mandatis de prouidendo, & in impetrationibus de illis esse faciendam mentionẽ, cõprobant ex multis, quos refert Garc. d. c. 2. n. 120. cum sequentibus, & tandem materiam esse simoniæ, si pretio dentur, comprobatur Soar. d. tom. 1. de Religione, tract. de simon. lib. 4. c. 25.

Sed pro pleniori, & faciliori concordia multorum, quæ Doctores in hoc articulo scripserunt, breuiter aduerte, præstimonia in duplici reperiri differentia; quædam enim sunt, quæ primam illam, & antiquam retinent institutionem, & studentibus, vel militantibus dantur absque aliquo spirituali onere, sicut adhuc hodie in Lusitania videmus pleraq; reperiri, quæ dantur purè laicis, & in his facilè procedit prima opinio, quã in principio retulimus. Alia verò sunt, quæ clericis dantur in titulũ perpetui beneficii, sicut in Hispania frequẽter dari testantur præcitati, & vulgò *Aprastimos* dicimus, & hæc propria esse beneficia dubitandum non est, & procedit opinio communis, quam secundo loco posuimus; neque attenditur primèua illa institutio, quod præstimonia darẽtur laicis pro solo onere tẽporali, vt benè cõsiderauit Oldradus, & reliqui, qui eũ sequũtur. Neq; contrariũ voluerũt Dominic. Staphil. Menoch. & alij relati pro 1. opinione; imò expressè hæc admittunt distinctionẽ, & ex instituto eam prosequitur Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. à n. 124. Hoyed. d. cap. 8. n. 12. Gonsales n. 10. Azor, & Fabricius n. 4. & 7. dictis locis.

6.  
Hoyed.

7.  
Garc.

Soar.

8.

Oldrad.

Dominic.

Staphil.

Menoc.

Flamin.

Hoyed.

Gonsal.

Azor.

Fabric.



9. In dubio autem si non appareat, utrum onus habeant spirituale annexum, vel non? respondent Doctores vltimum statum esse inspiciendum, vt ex Gomefio, & Hoyeda d.c.8. n. 13. notat Fabricius n.9. vbi proximè, qui multis similibus latè confirmant, & constat ex ijs, quæ de materia text. in cap. *Querelam*, de electione, & in cap. *Consultationibus*, de iure patronatus, dicunt communiter Doctores; alij ad consuetudinem recurrendū prouinciae existimant, iuxta regulam text. in l. *Semper in stipulationibus*, ff. de regulis iuris, & in l. *Si de interpretatione*, ff. de legibus, & ideò cum in Hispania frequenter dentur in titulum beneficii, si aliud non appareat, id esse præsumendum infert Hoyeda d. cap. 8. n. 15. sed non videtur hæc resolutio satisfacere, quæstioni propositæ, quæ versatur, quando sumus in dubio, quod non versatur in casu, in quo apparet de consuetudine, vel vltimo Ecclesiæ statu; & quia, vt proximè notauimus, consuetudo etiam Hispaniæ vniformis non est, sed potiùs aliquando clericis in titulum dantur, aliquando laicis pro onere temporali; & tandem quia licet secundum vltimum statum onus spirituale habere reperiatur, repugnat primæua præstimonij institutio, quæ erat, vt darentur studentibus, aut militantibus absque spirituali onere, ac subindè id videbatur præsumendum, iuxta receptam doctrinam, de qua diximus suprâ in principio huius quæstionis. Ex quibus omnibus intelliges secundum hanc distinctionem procedere effectus omnes, quos proximè notabamus sequi, ex hac disputatione, quod præstimoniam beneficia sint ecclesiastica.

Gom.  
Hoyed.  
Fabric.

L. *Semper*  
ff. reg. iur.  
L. *Si de in*  
terpres. ff.  
de legib.

Hoyed.

## S. VI.

A De præceptorij, qua Commenda ordinum militarium dicuntur.

## SUMMARIUM.

- 1 Qui existimarunt præceptorias verè beneficia esse ecclesiastica.
- 2 Contraria opinio, & eius fundamenta.
- 3 An huiusmodi milites præceptorias obtinentes verè sint religiosi?
- 4 Vtrum sint personæ Ecclesiasticæ?
- B 5 Qui verè beneficiarij dicantur?
- 6 In venditione harum Cõmendarum vera committitur simonia.
- 7 Vtrum huiusmodi milites, aut cõmendatarij de beneficijs secularibus valeant prouideri?



Ost expeditione circa præstimoniam, nõ abs re deinde materiam circa præceptorias versantem aggredimur, quas etiã (vulgò cõmendas Ordinũ militariũ) verè beneficia esse grauissimi scribunt Auctores, Barbat. in *Clemēt. Causam*, de electione, & in cap. *In nostra*, n. 81. de rescript. Rebuf. Corrat. Flamin. & plures alij, quos refert, & latè sequitur multis comprobās Garcia dicta 1. p. cap. 4. per totum, & post Nauarrum de redditibus ecclesiasticis, q. 1. monitu. 54. n. 6. & q. 3. monitu 27. Cabedo de patron. Reg. Coronæ cap. 15. à n. 7. qui ea mouentur ratione, quia huiusmodi Milites Diui Ioãnis, Diui Iacobi, aut Ordinis Christi religiosæ sunt personæ, ex ecclesiastica institutione deputatæ ministerio militandi ecclesiastico aduersus Christiani nominis hostes, & deducitur ex text. in cap. *Cum & plantare*. 3. in principio,

Barbat.  
Rebuf.  
Corrat.  
Flamin.  
Garc.

Nauar.

Cabedo.

C. *Cum &*  
*plantare.*  
*de priu.*



cipio, ibi, *Fratres templi, & hospitalis, & alij Religiosi*, de priuilegijs. Insuper ratione huius officij, & laboris ecclesiasticos redditus percipiunt in titulum perpetuum Commendæ, dum viuunt, & consequenter apparet, nihil ex ijs, quæ ad beneficij substantiã constituendam necessaria diximus, deficere in huiusmodi præceptorijs.

2. Verum contrariam partem negatiuam, quod præceptoriarum beneficia ecclesiastica non sint, tenent alij non inferioris notæ Authores, solet allegari Innocent. in cap. *Cum deputati*, de iudicijs, qui tamen nihil ad propositum; melius Mandosius regula 3. *Cæcellariæ*, q. 11. n. 3. Petrus Greg. *synagmat. iuris lib. 15. c. 34. n. 2.* Gonsal. glossa 8. à n. 55. plenè Azor tom. 1. à n. 5. Et tandem cum hac resolutione remanet Cabed. d. cap. 15. à n. 15. & ita sentire post Viçtoriam, & alios, quos refert cõmuniter viros doctos Hispaniæ, & Lusitaniæ, in quibus frequentes sunt hæ præceptoriarum, testatur, & sequitur Pater Soares de Religione tom. 1. dicto tract. de simonia lib. 4. cap. 27. n. 6. qui contraria vtuntur ratione, nempe has præceptorias non dari propter officium ecclesiasticum, seu spirituale, sed potiùs propter operam omnino temporalem, militiã scilicet, in qua se strenue exercent, neque aliquo sacro ordine, vel etiam prima tonsura eos insignitos esse oportet, neque onere diuini officij recitandi astringuntur, imò plerique ex illis, vt sunt illi *Diui Jacobi*, & *Militiæ Christi*, & *Diui Benedicti* apud nos de *Auis*, matrimonium contrahunt, & consequenter longe à natura ecclesiastici beneficij has præceptorias alienas esse resoluunt prædicti aucto-

res; indè concludentes ad materiam simoniæ non pertinere si precio dentur; vt ex Viçtoria, Aragon. & aliis comprobatur Pater Soares proximè citatus. Neque, inquit, quidquam ad hoc referre, quod ex Ecclesiæ institutione officio militandi astricti sunt pro Ecclesiæ defensione; si enim hoc officium temporale est, quod fiat ex Ecclesiæ institutione pro Ecclesiæ utilitate non pertinet ab beneficii naturam, sicut videmus in pluribus alijs, qui ministerijs temporalibus Ecclesiæ inferuiunt, & propterea portionem aliquam reddituum ecclesiasticorum percipiunt, & tamen apud omnes cõstat beneficiarios proprios non esse, vt de symbalista, æconomõ, syndico, & similibus diximus supra in 2. quæstion. proœmiali, §. 5. per totum.

3. Ex quibus hæc posterior pars omnino videtur retinenda: sed vt, quæ Doctores in hoc articulo latissimè scribunt, perfectius intelligas, aduerte, malè communiter cõfundere tria, quæ inter se diuersa sunt; primum, an huiusmodi milites verè sint religiosi? in quo negatiua pars verior est, exceptis ijs, quæ tria vota substantialia obedientiæ, paupertatis, & castitatis emittunt, vt sũt illi *Diui Ioannis*; secũdũ, an sint personæ ecclesiasticæ? In quo pars affirmatiua verissima est, vt de utroque supra diximus, & latè comprobant Doctores ad d. cap. *Cum & plantare*, de priuilegijs, vbi prosequere ad varios casus, & effectus, qui ex ea distinctione sequuntur, quoad priuilegium fori Canonis, immunitatis attributis, & similia. Tertium est, an veri sint beneficiarii? & oportet distinguere clericos, & milites, de clericis, quibus certa pars reddituum

Viçtor.  
Aragon.  
Soar.

C. *Cum deputati. de iudic. Mandos. Pet. Greg. Gonsal. Azor.*

Cabed.  
Viçtor.

Soar.



deputatur, ut stipendium subſtētationis, pro ministerio ſpiritali inſeruiēdi Eccleſijs ordinum, & adminiſtratione diuinorum, dubitandum non eſt vere eſſe beneficiorum, quia nihil repugnat, imò conuenit tota beneficii Eccleſiaſtici definitio. De Militibus, qui ſolū armorum exercitio inſeruiunt, partem negatiuam veriōre eſſe proximè diximus; neque tamen ideo à ſimoniae labe excuſandos exiſtimauerim, Magiſtrum, & alios prælatos ad quos harum commendarum ſpectat prouiſio, ſi eas pretio dederint; nam licet ex parte oneris incumbētis his militibus, eo quod ſpirituale non ſit; admittamus beneficium eccleſiaſticum propriè non eſſe, negari tamen non poteſt poteſtatem ex qua prælati prouident, eſſe ſpirituale à Summo Pontifice conſeſſam, & à clauium poteſtate dependentem, ac ſubindè in tali prouiſione exerceri actum eccleſiaſticae poteſtatis ſpiritalis, & conſequenter veram committi ſimonia, ex hoc ſaltem capite neceſſariò videtur reſoluendum, ut in ſimili de licentia docendi ſcientias temporales, quam prælati concedunt ex vi eccleſiaſticae poteſtatis notant Doctores communiter per textum in cap. 1. & 2. de Magiſtris, & latè cōprobat Pater Soar. d. tractatu de Simonia lib. 4. cap. 20. à n. 18. licet contrariam ſententiam communem aſſerat, & ſequatur Bertholam. Hugol. in tract. de ſimonia tabula 1. cap. 10. §. 3. n. 2. Atque ita ex hac ratione melius, quàm ex alijs, quas adducunt, defendes eorum ſententiam, qui veram ſimonia in venditione harum commendarum committi aſſeuerant, ut latè tueretur Azor d. lib. 13. cap. 6. q. 3.

ſequitur Garcia d. cap. 4. nu. 7. licet Soar. d. cap. 27. à n. 6. ad hæc non aduertens ad alias tranſeat rationes. Efectus verò, qui ſequuntur ex eo, quod præceptorie ſint beneficia eccleſiaſtica, pendent partem ex ijs, quæ in præcedētibus diximus, partim ex ijs, quæ latè in eodem propoſito diſputant Flamin. Gonſal. Garcia, Azor, Fabric. Cabed. Soares proximè citatis locis.

Vnum adde, quod ex proximè dictis, multi pendere exiſtimant reſolutionem quæſtionis, utrū huiusmodi Milites, aut Commendarii, de beneficijs ſæcularibus valeant prouideri? In qua pro parte affirmatiua reſpōdiſſe illuſtriſſimos Cardinales, cōſtat ex declaratione 259. inter eas, quæ ex bibliotheca Proſperi Farinacii impreſſæ circunferuntur, atque etiam refert Vicentius de Manzilha ad Tridentinum ſub titulo de ſtatu monachorum, cap. 1. pag. 161. & ex voto Pamphili eruditiffimi Rotæ auditoris; deinde Cardinalis meritiſſimi, id ipſum deciſum refert Garcia d. cap. 4. n. 18, & ex iuris rigore probauit Azor dicto lib. 13. cap. 3. q. 2. in fine. Ratio eſt, quam expreſſit declaratio Cardinalium præcitata; quod huiusmodi Milites tria vota ſubſtantialia non profitentur, ſed potiùs in voto paupertatis diſpenſati reperiuntur, ac ſubindè veri Religioſi nō ſunt ex regula text. in cap. Cum ad monaſterium, in fine de ſtatu monachor. ut proximè diximus; ac ſubinde leges Canonice, quæ ſæcularia beneficia Religioſis, ſeu regularibus conferri prohibent, iuxta cap. Cum de beneficio, de præbend. in 6. cum ſimilibus, de quibus diximus in principio huius quæſtio-

Garc.  
Soar.Flamin.  
Gonſal.  
Garc.  
Azor.  
Fabric.  
Cabed.  
Soar.

7.

Farinas.  
Manzilb.

Garcia.

Azor.

Cap. Cum  
ad mona-  
ſter. de ſta-  
tu monac.Cap. Cum  
de benefi-  
de præb. in  
6.

6.

Cap. 1. &  
2. de Ma-  
giſt.  
P. Soar.

Hugol.

Azor.